



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Titulus XVI. De adulteriis, & stupro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

TITULUS XVI.

De adulteriis, & stupro.

CAPUT I.

In 2 Exodus.

SI b seduxerit quis c virginem neccum d despontatam, dormieritque cum ea, e do-
rabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater f virginis dare g noluerit, reddet
pecuniam juxta h modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

NOTÆ.

1. a **E**xodo.) Ita etiam legitur in prima collec-
tione, sub hoc tit. cap. 1. & ex Exodi libro
citat textum hunc Ivo Carnot, part. 16.
Decreti, cap. 291. reperiunturque hæc verba in cap.
22. Exodi, prout in præsenti referuntur. Unde con-
stat textum hunc deducunt fuisse ex præcepto ve-
teris legis Moysi data, & ab Ecclesia fuisse susci-
tarum & renovatum præceptum illud; nam licet
præcepta legis veteris judicialia post Christi pas-
sionem sunt mortua, ceremonia autem morti-
fera, ut probavi in cap. translato, de confit. tamen
possunt per Ecclesiam aut supremos Principes susci-
tari, & leges ferri ejus sensus, cuius sunt leges
per Moysen data, nisi si quæ sunt leges, qua-
rum tota substantia ad tempus Christi venturi,
& Evangelii nondum revelati pertineat; aut nisi
Christus ipse contrarium in genere, aut in specie
confiteretur: nam his casibus demptis, nulla
potest ratio excogitari, cur quod olim fuit Moy-
sis lege constitutum, hodie non possit suscitar,
& pro lege caveri; nam ut ajebat Tertullianus de
pudicitia, libertas in Christo non fecit innocen-
tiae injuriam: manet lex tota pietatis, veritatis,
confitientis, caritatis, justitiae, misericordiae, be-
nevolentiae, pudicitiae. Unde varia præcepta legis
veteris innovata legimus in cap. 1. *suprà de homi-
cadio, cap. 1. & sequentibus, de injuriis, & damno
dato: notavit Grotius libr. 2. de jure belli, cap. 1. &
nos in d. cap. translato.*

2. b **Seduxerit.**) Hinc norant Doctores seduictio-
nem esse causam hujus constitutionis; & latè dis-
putant, an seduictio hæc ita necessaria sit, ut sine
ea non detur obligatio in stupratore dotandi, aut
contrahendi matrimonium cum virginia à se corrupta;
nam seducere in præsenti accipitur pro blan-
ditia, factis, aut verbis, aut precibus importunitis
virginis voluntatem allicere, ut apud Teren-
tium ibi:

Etiam nunc me seducere iſti diſti poſtulas.
Et ita seductionem necessariam esse, ut virgine
conferente non detur obligatio in stupratore
ducendi, aut dotandi eam, docuerunt Sotus
libr. 4. de iſtit. queſt. 2. art. 1. Bannez, Salom, & a-
lii, quos refert & sequitur Sanchez lib. 2. de ma-
trim. difſt. 4. Suarez, Azor & alii, quos laudat
& sequitur Barbola in præsenti, Fagundez in 6.
Decalogi præcepto, lib. 6. cap. 8. Quod verum credo, si tam procax puella fuerit, ut abjecto om-

ni pudore, meretricio more juvenem ultro appellaverit; nam si non aperto interpellaverit ornatus, tamen vultu, & blanditiis efficerit, ut ipsa appellaretur, nihilominus adesse obligationem ducendi, seu dotandi eam putaverim; alioquin ferè semper cavillari possunt stupratores, captos se munidici, & illecebris puellarum; quo casu accipiendo sunt Anton, Matthæus de crim. ad lib. 48. *Pan-
dect. tit. 3. cap. 7. Cancer. lib. 3. variar. cap. 11. num.
47.* & eo casu, quo sponte virgo defloratur, non dari obligationem confitendi hanc circumstan-
tiam, probabile dicit P. Mendo in statuta, dif-
fert. 5. queſt. 8. licet contrarium probabilius dicat. Et virginis jurantis ab aliquo cognitam, crea-
dendum esse docet Faber in suo Codice libr. 4. tit.
14. difſt. 18.

c *Virginum.*) Licet alias pro virginē etiam
accipiatur vidua honeste vivens, l. inter 101. ff. de
V. S. L. 3. §. 1. ff. de concubin. l. 41. ff. de ritu nuptiar.
lib. 6. §. 1. ff. ad leg. int. de adult tamen in præsenti
strictè pro virgine accipitur, cum qua committi-
tur stuprum.

d *Nondum despontatam.*) Alias adulterium,
non stuprum cum ea daretur: undè constat præ-
sentem textum spectare non ad priorem partem
hujus Rubrica de adulteriis, sed ad secundam, vi-
delicet de stupro.

e *Dotabit.*) Glossa hic interpretatur, id est do-
nationem propter nuptias faciet, quæ donatio ap-
pellatur dos uxoris, seu dotalitum, cap. ex parte,
de foro comp. cap. plerumq. de donat. inter: probavi
latè in cap. eti. neceſſe, cap. nuper, de donat. inter: &
observavit Cujac. lib. 5. obſerv. c. 4. & verè, nam a-
pud Hebreos non solum uxores viris suis dorem
assignabant, ut constat ex lib. 2. Machab. c. 1. vers.
14. ibi: Ut aciperet pecunias multas dōcis nomi-
ne. Et ex historia Regum, ubi dicitur: Pharaon Rex
Egypti ascendit, & capiit Gazer, accenditque
eam igni, & Cananænum, qui habitabat in circu-
te, interfecit: & dedit eam in dotem filia sua
uxori Salomonis. Expressiū ex Tobia cap. 8. vers.
24. ibi: De omnibus autem, quæ posſidebat Ragnel,
dimidiā partem dedit Tobie, & fecit scriptu-
ram, ut pars dimidiā quæ supererat, post obitum
Tobie dominio deveniret. Verū & mariti aliiquid
de suo doris augenda causa largiebantur, ut
constat ex cap. 34. Genes. vers. 12. ubi cùm Si-
chem Dinam requireret, eisque nuptias ambi-
ret, ajebat: *Quacunque statueritis, dabo: an-
gete dotem, & munera postulate, & libenter tr-
buam*

- tuam quod petieritis : tandem date mihi pueram
hanc uxorem, Et libr.1. Regum, cap. 28. vers. 25.
ubi dotavit Michol centum præputis Philistinorum.
Probat Menochius de Republ. Hebraor. cap. 21.
& ita verbum hoc, dotabit, accipitur pro dote
uxori à marito assignanda : sequentia autem verba
ea, *juxta modum dotis*, sunt accipienda de vera
dote, quam virgines accipere consueverunt à pa-
renibus suis, ut exponit Menochius suprà, cap. 21.*
6. *f. Si verò pater virginis*) Quibus verbis suppo-
nitur magna potestas parentum in matrimonio
filiarum apud Hebreos, quam variis sacræ pagi-
næ auctoritatibus probat P. Menochius d. cap. 21.
& apud Romanos, aliasque nationes eandem po-
testatem Patres habuisse in nuptiis filiorum, fusè
probavi in cap. de deffons. impub.
7. *g. Noluerit.*) Sed queritur, an quod lege di-
vina patri conceditur; idem filii concedendum
sit, videlicet ut si ipsa, quæ virtuata est, nubere stu-
pratorii nolit, tamen sit dotanda. Et placuit do-
tandum esse: tum quia si patre dissentiente, de
cujus coniunctione principaliter non agitur, má-
net obligatio dotandi, quanto magis dissentiente
ea, de cuius coniunctione agitur. Tum quia cùm
dos pœnae iuris irrogare sit, sequeretur ipsâ pu-
ellâ dissentiente, nullâ pœna affici stupratoriem;
quod absurdum est, ut docuerunt Jul. Clarus §.
§. n. 3. P. Menochius de arbitr. casu 288. nn.
18. Farinac. in praxi, q. 147. n. 105. Ant. Matthæus
d. cap. 7. n. 17.
8. *h. Juxta modum dotis.*) Modus enim in do-
tibus prescriptus fuit secundum statum, & digni-
tatem uxorum, tam apud Hebreos, ut probat
Pineda de rebus Salomonis libr. 5. cap. 2. num. 4.
quam apud Romanos, exlege Julia de maritandis
ordinibus, cuius vestigia existant in l. 5. filia 41. de-
legat. 3. l. exim. de inrem verso, 6. ff. de usuris, l. qua-
ro 19. l. sive 60. de jure dotum, l. non tantum, de-
tut. & curat. l. Mavini, de paci. dot. l. Seia 10. de
dote prelegat. l. Mavia 49 ff. solut. matrim. l. 68.
§. gener. ff. de jure dotum. Ex qua tutor datur
ad ditem dicendam, promittendamve. Ul-
pianus lib. singul. regul. tit. II. eoque pertinet lex
five generalis 61. ff. de jure dotum, five ex lege Pa-
pia, ut nonnulli probant ex l. 2. C. Theodos. de in-
officiois dotibus, ibi: Dote ab uxore marito data,
- siliis ex priori matrimonio, si neque ultra dodran-
tem, nec in fraudem legis Papia constitutatur, de
hac reperenda nullam constat esse actionem. Sed
malè, ut observat Merillus libr. 3. obser. cap. 6. Ma-
xima dos apud Romanos fuit quadraginta millia
æris, postea crevit ad decies leſtertium, id est quin-
que & viginti millia aureorum. Lavia 77. §. ult. de
condit. & demonſtr. l. cùm de in rem verso, §. 4. ff. de
usuris. Horatius libr. 1. sazr. 3.
- Decies centena dedisset
- Huc parco paucis contento quinque diebus.*
- Juvenal. satyr 10. in fin.
- Tyrinque palam genialis in hortis
Sternitur, & ritu decies centena dabuntur.
Non nisi legitime vult nubere.*
- Martialis libr. 2. epigr. 65.
- Centena decies, quæ tibi dedit dotis.*
- Illustrat Gothofredus in d. l. cùm in rem, §. 1. Sci-
pio Gentil. ad Apulei. in apolog. pag. 434. latè He-
nilius de dotat. p. 1. §. 3. Gothofred. in l. 6. §. 1. ff. de
usur. Cujacius libr. 1. qq. Papin. in l. 39 ff. solut. ma-
trimon. & libr. 29. qq. Papin. in d. l. 6. §. 1. & in no-
vella 22. colum. 4 & 7. qq. Pauli in l. 43. tit. de ad-
ministrat. tut. Anton. Augustin. libr. 2. emend. cap.
6. Suarez ad leg. Aquil. libr. 1. cap. 1. sect. 3. Lippius ad
lib. 2. annal. Taciti, annot. 177. Samuel Petit. ad in-
stitutum libr. 6. tit. 2. pag. 453. Philippus Camer.
centur. 2. horar. success. cap. 43. Lindembrogius in
glossar. verbo Dos. Ramirez ad Martial. lib. 2. e-
pig. 64. Bignon. ad veter. formul. cap. 52. Merillus
lib. 3. obseruat. cap. 6. & apud alias nationes mo-
dum dotibus præscriptum fuisse, probant Alexan-
der ab Alex. libr. 4. dier. genial. cap. 8. D. Iosephus
de Rete in l. quero. ff. de jure dot. In præfenti ca-
si dos estimanda est juxta morem regionis, in
qua stuprum contingit, & juxta qualitatem tam
virginis virtutæ, quam virtutis, argumento textus
in l. cum post 64. §. gener. ff. de jure dotum. l. si filia
43. ff. de leg. 3. leg. tam de mentis 28. C. de Episcop.
and. l. si furioso 25. C. de nuptiis. l. si Curatoris 9. C.
de administrat. tut. ita ut attendatur omnino
quantitas, quam dotis nomine pater ejus assigna-
re valebat, ut considerant Salcedo in praxi. cap.
83. Didacus Perez in princ. tit. 15. lib. 8. ordin. An-
saldus de jurisdict. p. 4. tit. 7. cap. 1. n. 8. Gomez in
8 Tauri, Castillo de aliment. cap. 26. §. 7.

CAPUT II.

^a Gregorius Felici Episcopo Sipontino.

Expectabamus fraternitatem tuam suā aliquos ad Deum prædicatione convertere,
& male agentes ad rectitudinem revocare. Qua de re nimis contrastamur, quia
ē diverso in nepotis tui Felicis pravitate, tua evidenter, qui tales nutriti, culpa
monstrata est. Pervenit itaque ad nos, quod suprascriptus Felix Evangelii tui Diaconi
filiam, quod nefas est dici, stupro decepterit. Quod si verum est, quamvis gravi esset de
lege pœna plectendus; nos tamen aliquatenus legis duritiam mollientes, hujusmodi dis-
ponendo præcipimus, ut aut quam stupravit, uxorem habeat, aut certè si renuendum
putaverit, districtius, ac corporaliter castigatus, excommunicatusque, in monasterium,
ubi pœnitentiam peragat, b retrudatur: de quo ei nulla sit egrediendi sine nostra prae-
ceptione licentia. Ita ergo fraternitas tua, ut hæc compleantur, studeat, quatenus nihil
de his aliquo modo possit omitti. Nam si quid, quod non credimus, lentatum fu-
erit, & illi grave postea periculum imminebit, & te non levis incipiet culpa respi-
cere.

NOTÆ

Titul. XVI. De adulteriis

301

NOTÆ.

I. ^a **G**regorius.) Textus hic tribuitur in prima collectione, sub hoc tit. cap. 2. S. Augustino, sed male, cum sit sancti Gregorii Magni, & reperitur in registro epistolarum ipsius lib. 1. epist. 42. ex quo illum transcribo, & ex eo citatur à Carnotenti part. 8. Decret. cap. 29. & ad eundem casum spectat epistola 40. ipsius Gregorii in eodem libro 2. ubi Pantaleoni notario in hac verba scribit: *Quemus est nobis Evangelia Sipontina Ecclesia Diaconus, filiam suam à Felice fuisse, quod dici nesciunt, est stupratum. Pro quare te hujus precepti auctoritate suffulsum ad Siponiam civitatem proficisci necesse est, & adhibitis tibi sapientibus illic viris, cum omnium subtilitate veritatem curabis addiscere: & si ita reperies, eam quam stupravit, aut uxorem factis nuptialibus instrumentis accipiat, aut corporaliter castigatum in monasterium eum privatum communione, ubi penitentiam peragat, tradere festinabis, ita ut nulla exinde ei sit quoquo modo egrediendi licentia, nisi hoc nostrapermissit forasè præscriptio. Praterea quia supradictus Diaconus de hostibus se redemptum, ac propterea debitum habere commemorat, ideo si talem ejus substantiam non esse cognoveris, qua ad reddendum debitum ipsi possit sufficiere. Felici fratri, & Coepiscopo nostro te imminere precipimus, ut ejus pretium de Ecclesia dare non differat, quatenus supradictus Evangelus Diaconus sine caritate aliqua à debiti possit necessitate, cui est suppositus, liberari. De Metropolitanu Sipontina egi in cap. 12. de celebrat. Missar.*

2. ^b **R**erundatur. Juxta morem Ecclesiarum antiquum, quem probavi, & illustravi in cap. 1. de regul. Ex hoc tamen textu, nescio quo ducti fundamento Ant. Gomez, Menochius, Farinacius, Jull. Clarius, & ceteri Criminalistæ deduxerunt, stupratorem virginis cogere ducere, aut dotare; cum in hoc textu talis alternativa non statuatur, sed tantum jubeat Gregorius, ut qui vitiavit virginem, eam ducat, aut corporaliter castigatus, deterratur in monasterium penitentiae peragende causâ; nec sit aliqua lex civilis, canonica, vel Regia, ubi talis electio stupratori concedatur.

COMME NTARIUM.

3. **E**x his duobus textibus communiter DD. sequentem deducunt assertione: *Supræ virginem tenetur eam in uxorem ducere, aut dotare. Quia assertio probati potest ex canon 66. Apostoli: Se quis virginem sibi non defonsat admodum vi detinet, à communione suspenditor: non licitum autem esto ei aliam ducere: sed eam detinendor, quam sollicitavit, quamvis paupercula sit. Illustrat eam ultra congestos à Barbosa in presenti, Petrus Gregor. lib. 4. partit. tit. 14. cap. 13. Amaya in l. final. num. 66. Cod. de jure sacerdot. Delbene de immunitate Eccles. tom. 1. quest. 8. dub. 29. Balsamon in nomocon. tit. de laicis, cap. 5. Bermonodus de concubinis cap. de stupro. Aegidius in l. Titia, fol. 98 ff. de condit. & demonstr. Diana part. II. tract. 6. resol. 54. Cancerius tom. 2. variar. cap. II. num. 20. Gibalinus de iuris lib. 3. cap. 2. art. 6. conselliar. 1. Richardus in manuduct. ad praxim crimin. verbo Stuprum, Sanchez, Fagundez, ceterique Moralistæ in 6. Decalogi precept. Ansaldus de jurisdict. part. 4. titul. 6. cap. 3. Thesaurus decisi. 3. per totam. D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.*

Matthæus de crimin. tit. de adult. & stupro, cap. 7. Gutierrez libr. 1. canonie. cap. 37. Fontan. de pauciis nupt. glossa 6. Basilicus decisi. 15. crimin.

Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita insurgo. Matrimonia omnino libera esse debent, nec quis compelli deberet matrimonium contrahendum, cap. cum locum, capit. veniens, cap. ad id, cap. gemma, de sponsal. ubi latè probavi: ergo non debet cogi stuprator ad matrimonium contrahendum cum ipsa virginis vita: immo eti cogatur, matrimonium nullum erit, extraditis in eo commentario. Augetur haec difficultas primò ex eo, nam qui damnum dat, tenetur illud resarcire, cap. final. de injuriis: sed qui virginem corruptit, damnum dedit, non solum illi, verum & parentibus eius; quia ut ajebat Catullus in carmine nuptiali:

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est.

Tertia pars matris data: pars data tertia patris:

Tertia sola tua est: noli pugnare duobus, Qui genero suajuram simul cum dote dederunt.

Igitur non solum deber virginem viciatam duce-re, verum & parentibus damnum resarcire. Augetur secundò haec difficultas ex eo, nam ex legge divina relata in cap. 1. hoc titul. tenebatur stu-prator virginem à se corruptam ducere, & dota-re, ut constat ex illis verbis, *dotabit eam, & uxorem habebit: igitur nec Doctores potuerunt disiunctum statuere, ut ducere, aut dotare teneatur.*

Quā dubitandi ratione ita fulcitur non obstante, vera est prælens assertio pro cuius expositione sci-
re oportet, antiquos stuprum pro turpitudine ac-
cepisse, ut in carmine Nelei:

Fæde, stupræque castigatur quotidie.

Et apud Nevium: *Sequuntur malunt, quam cum stupro redire ad suos populares; ut notavit Festus Pompejus verbo Stuprum: postea tamen ad certam criminis speciem usus restrinxit eam vocem, videlicet ad illicitam virginis deflorationem, licet etiam stuprum ad corruptionem pueri & vi-dua honesta extendatur, l. inter 6. §. 1. ff. ad legem Iul. de adulter. l. inter stuprum 101. ff. de V.S. §. item lex, Institut. de public. judic. canon. 65. Con-sil. Ille. Unde stuprum diffiniebat Anton. Matthæus de crimin. Stuprum est corruptione virginis, vel vidua honestæ: licet à Consultis ea differentia agnoscatur inter adulterium, & stuprum quod adulterium committatur tantum in nuptiam, stu-prum in virginem, vel vidiam, l. & stuprum ff. ad leg. Iul. de adulter. licet sepius in jure unum pro alio sumatur, l. inter. ff. de V.S. cap. nemo 32. quest. 4. sicut etiam utrumque, nempe adulterium, & stuprum, pro incelto posuit Tullius in oration. pro Sextio, ibi: *Adulterium sororis.* Et pro Milone: Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Dixi stuprum esse corruptionem virginis vel vidua honestæ, ut agnoscatur non esse eos stupri, qui cum scemini in honestis congressi fuerint, excludunt enim ancillæ, quae etiæ viciatæ sint, non publicum, sed privatum judicium com-petit, l. & si libidine 25. Cod. ad leg. Iul. de adulte. l. inter 6. l. si quis servum 9. §. 1 ff. codem titul. l. stuprum 25 ff. de injuriis. Excluduntur etiam meretrices, quarum confuetudo extra legis pœ-nam*

C c

nam est, quoniam licentiam stupri apud Aediles profitebantur, *i. verum est* 39. *ff. de furtis*, *l. si ea qua* 22. *Cod. de adulteriis*. Excluduntur etiam personæ viles, veluti incaponis & tabernis servientes, cum quibus congressus stupri nomine accusari nequit, *i. que adulterium* 29. *Cod. de adult.* *l. i. §. 1. ff. de concubina*. Quæ omnia eleganter complexus eit Plautus in *Circulo*.

PAL. Ita tuum amorem conferto semper, si sapis,
Ne id quod ames, populus sis stat, tibi sit probro:

Semper curato ne sis intestabilis:

Quod amas, ama testibus presentibus.

PHÆD. Quin teno hic habitas. PAL. Nemobis probabet, nec vetat;
Quin quod palam est venale, si argenti cum est emas.

Nemo ire quemquam publicâ prohibet viâ,

Dum ne per fundum facias semitam,
Dum te abstineas nupta, vidua, virgine,
Inventore & pueris liberis, ama quod inbet.

Non tamen talis congressus cum his scemini sim-
punitus manet; nam si illis vis illata sit, publica
animadversione res vindicanda est, quemad-
modum si rapte forent, *i. unic. Cod. de raptu*
virgin. *l. 3. §. præterea*, *l. 5. §. qui vacantem, ff. ad l.*
l. l. de vi public.

6. *De pœn-
nis stu-
pri.* Ut ad stupri pœnas, tam ex jure canonico,
quam civili, & Regio perveniamus, sciendum
est ex jure Cæsareo pœnam hujus criminis esse
publicationem dimidiæ partis bonorum, si stu-
prator honestus sit, sin verò humilis, coecetur in
corpo cum relegatione, *§. item lex, Institut de*
publicis judiciis. Nec aduersatur Paulus in *l. i. §.*
ult. ff. de extraordinariis criminibus ubi docet, non solum
eum, qui puer, verum & qui mulier, puellæ
stuprum fecerit, perfecto flagitio capite punien-
dum; imperfecto, in insulam deportandum. Nam
omissis Bartolo ibi, Catelliano Cotta in *memo-
rabilia verbis Stuprum*, dicendum est cum Alciato
libr. 5. paradox, Antonio Matthæo *dicit. tit. de stu-
pro, cap. 5.* regulariter stupri pœnam capitalem
non esse; sed cum major equus improbitas fuit,
veluti si validè honestas, & pudicas feminas pravis
persuasionum illecebris circumvenierit, ut
probat Duarenus ad *tit. ff. de adult. cap. 5.* vel si
virginem immaturam corruptit, si honestior est,
in insulam relegatur stuprator; sin humilior in me-
tallum damnatur, *l. si quis aliquid* 38. *§. qui nondum, ff. de pœnis. Xamart. part. 1. rerum judic. de-*
finit. 16. & eo casu pœna abscissionis narium, &
amissio dimidiæ partis bonorum reperitur statuta
libr. 60. Basilic. tit. 37. de adulter. cap. qui viriat. 82.
Alia de stuprante immaturam virginem conge-
runt Balsamon ad *nemocan. Phocii, tit. 3. cap. 5. 15.*
Julius Clarus *§. Stuprum, num. 9. Grammaticus de-*
cis. 22. Gomez. in l. 80. Tauri, num. 5. Julius Clarus
§. Stuprum. Vela de delictis, cap. 33. num. 7. &
condemnatur stuprator penitus corporalibus in
defectum non contracti matrimonii; nam si
illud celebret, ab omnibus penitentia
comprehensis liberatur. & ita rectè pro-
nuntiat *Judex secularis*: videlicet condemnando
in penitus corporalibus stupratorum in casum
matrimonii non contracti: quod facere potest,
etsi *judex ecclesiasticus cognoscat de fide data*
matrimonii contrahendi, quia crimen hoc est
mixti fori, ut probant *Ansaldo de juris. part.*
4. tit. 6. cap. 3. D. Josephus Vela in cap. 1. de offi-
cio ordin. verbo Stuprum. An verò *judex secu-*
laris competens sit ad compellendum per carcerem,
vel alias pœnas, eum qui fidem dedit ma-
trimonii contrahendi, examinant *Sanchez libr. 1.*
de matrimon. disput. 29. num. 9. Bobadilla libr. 1.
polit. cap. 18. num. 236. Bajo libr. 2. praxis, que-
sition. 3. Fontanell. de pactis nupt. claus. 5. gl. 5. 5.
5. part. 2. num. 73. Elieus Danza decis. 107. in ad-
dit. ad decis. 22. Catrobius part. 2. rerum crimin.
quaest. 75. à num. 29. vel si ad concipiendum eam
ineptam reddiderit. Exasperatur etiam pœna cùm
*tutori pupillam corruptit, *i. unic. Cod. quis eam,**

cujus tutor fuerit, Borellus *tom. 3. decis. tit. 6. ad*
finem: si servus corruptus dominam, corruptore
nimis flammis subiicitur, *i. unic. Cod. de mulier.*
qua se propriis servis. Tandem poena augetur,
si vis adhibeat, siquidem stuprator lege Julia
de vi publica tenetur, *i. 3. §. præterea, ff. ad leg.*
Iul. de vi public. l. mariti 29. §. final. ff. ad leg.
l. l. de adulter. Etiam ob stuprum dannati iu-
mes manent, quemadmodum & alii judicis pu-
blicis dannati, *i. infames 7. ff. de public. judicis,*
privantur testimonii dictione, *i. 3. §. lege, l. ex eo 18.*
ff. de testibus. Nec possunt sibi invicem aliiquid
testamento relinqueret, immò relicta auferun-
tur tanquam indignis, *i. mulierem 14. l. cum ta-*
bulis 16. §. 1. ff. de his que ut indigni. l. milia 41. §.
1. ff. de testament. milit. Vidua etiam intra annum
luctus stupro cognita privantur omnibus illis
rebus, quas amittunt tranfeentes ad secundas
nuptias, *novella 39. Inst. cap. 2. §. utim.* explicat
Menochius de arbitr. *caſu 288. numer. 28.* Que
pœna locum habent, si stuprator acutetur
intra quinquennium ex die admitti criminis, *dicit.*
l. mariti 29. §. hoc quinquennium; & si cum vi-
dua admitti sit, intra sex menses utiles, *dicit.*
l. 29. §. sex mensum. Stuprum vero violencia
intra annum vicecumsum acutari potest, *dicit. l.*
21. §. ultim. l. querela 12. Cod. ad leg. Corn. de fal-
sis. Jure Pontificio stupratori clericis in foro in-
teriori imponitur pœnitentia decem annorum,
cap. presbyter, 83. distin. laicus injungitur pœni-
tentia septem annorum, *cap. devotam 27. quæst. 1.*
cap. hoc ipsum 33. quæst. 2. In foro exteriori
clericus deponitur, aut pœna pecuniaria dam-
natur, *cap. si quis clericus, 81. distin. cap. lator*
2. question. 7. laicus cogitur corruptam ducere,
& si patet noluerit dare, eam dorare; & fire-
nuat eam ducere, corporaliter castigatus in mo-
nasterium detribuitur pœnitentia peragenda
causa, ex praesenti texu. Jure nostro Regio
approbata est pœna jure civili statuta in *l. 2. tit.*
19. partit. 7. Sed generali confutetudo hujus
Regni pœna praesensis textus à judicibus fa-
cilius etiam imponitur, ut referunt Gomez in *dict. l. 80. Tauri, num. 5.* Julius Clarus
§. Stuprum. Vela de delictis, cap. 33. num. 7. &
condemnatur stuprator penitus corporalibus in
defectum non contracti matrimonii; nam si
illud celebret, ab omnibus penitentia
comprehensis liberatur. & ita rectè pro-
nuntiat *Judex secularis*: videlicet condemnando
in penitus corporalibus stupratorum in casum
matrimonii non contracti: quod facere potest,
etsi *judex ecclesiasticus cognoscat de fide data*
matrimonii contrahendi, quia crimen hoc est
mixti fori, ut probant *Ansaldo de juris. part.*
4. tit. 6. cap. 3. D. Josephus Vela in cap. 1. de offi-
cio ordin. verbo Stuprum. An verò *judex secu-*
laris competens sit ad compellendum per carcerem,
vel alias pœnas, eum qui fidem dedit ma-
trimonii contrahendi, examinant *Sanchez libr. 1.*
de matrimon. disput. 29. num. 9. Bobadilla libr. 1.
polit. cap. 18. num. 236. Bajo libr. 2. praxis, que-
sition. 3. Fontanell. de pactis nupt. claus. 5. gl. 5. 5.
5. part. 2. num. 73. Elieus Danza decis. 107. in ad-
dit. ad decis. 22. Catrobius part. 2. rerum crimin.
quaest. 75. à num. 29. vel si ad concipiendum eam
ineptam reddiderit. Exasperatur etiam pœna cùm
*tutori pupillam corruptit, *i. unic. Cod. quis eam,**

His suppositis appetat ratio praesensis affir-
tionis; nam cum ob amissionem virginitatis
per corruptionem non ita facilè possit cor-
rupta invenire maritum, debet stuprator, qui
illi damnum intulit, injuriamque interrogavit,
cidendo cam ratio.

eam in uxorem ducere , aut legitimè dotare , ut pecunia suppleat defectum virginitatis , ut ita matrūtum æqualem invenire possit . Et licet hæc elecio ducendi , aut dorandi , nullo expresso juris testimonio firmeretur ; tamea rectè deducitur ex cap. 1. hoc tit. ubi statuitur , ut stuprator casu quo pater virginis eam dare noluerit , teneatur tanum eam dotare ; & in hoc cap. 2. jubetur stuprator , ut virginem ducat ; aut si eam ducere renuat , corporaliter castigatus detrudatur in monasterium penitentia peragendæ causâ unde loco hujus pœna corporalis ulu receptum fuit , ut stuprator probatem constituant . Quomodo autem stuprum probetur , & alia , quæ ad hoc delictum spectant , latius prosequitur Ansaldus ubi supra .

8. Nec obstat dubitandi ratio supra adducta , pro cuius solutione innocent. in præsenti docet , propter viri delictum virtute consensu tacitè præsumti tempore stupri , in ipsa delicti perpetratione virum libertatem amississe , & quodammodo in hoc matrimonium consensisse . Aliter Ananas in præsenti , num. 3. ait coactionem , de qua hic non esse præcisam , seu causativam ; & ita libertarem matrimonii non impedit . Sed facilius responderi potest extradicit in dict. cap. cùm locum , discriben esse constitendum inter merum justum , & injustum ; nam licet metus injustè illatus collat voluntatem , & vitiet matrimonium ; tamen metus justus , ut in præsenti adest , ejus valorem non impedit . Nec interest , quod in hoc cap. 2. corporali pœna afficiatur , qui virginem , quam stupro decepit , uxorem habere renuit : quod non statuitur in pœnam non contracti matrimonii , sed potius in pœnam illati stupri , ne alias cum tanto seducta mulieris incommodo maneret impunitum ; atque ita non quia non duxit , sed quia seduxit , imponitur pœna . Nec obstat quod dicebamus , per deflorationem virginis injuriā inferri non soium illi , verum & ejus parentibus , & ita omnibus satisfaciendum esse . Nam respondetur , quod cùm principaliter injuria inferatur virginī , illi satisfaciendum est eam ducendo , aut dorando . Nec obstar secunda difficulitas deducta ex dict. cap. 1. hoc tit. cui variè satisfaciunt . Interpretes , dum docent , sèpè conjunctivam pro disjunctiva apponi , l. s. p. 53 ff. de V. S. Sed verius credo ex lege veteri stupratorē virginem seductam ducere , & dorari teneri eo modo , quo viri dotem constituebant uxoribus , hoc est in dotis augmentum aliquid assignando , non vero dotem omnino constituendo . Cùm tamen hæc dos uxoris à marito assignanda , hodie non ita necessaria sit , ideo uero receptum est , ut stuprator tantum virginem seductam ducere teneatur , non vero donationem propter nuptias in eam conferre : & rectè potuit usus disiungere , quæ lex divina conjunxerat . Non enim simpliciter Deus iubet utrumque fieri , sed ita iubet , si non dissentiant pater . Si igitur patri permittunt coniuncta separare , multò magis usu talis disiunctio admitti potuit . Quid enim si virgines fiduciā legis divinæ licentius peccent ? ut Hollandia contigisse narrat Grotius lib. 3. manudict. cap. 35. Nonne hæc justa disjunctionis causa erit ? Rectè ergo usu forensi receputum est , ut tantum ducere aut dotare teneatur : & si cum stupro contigerit rapitus , tenebitur raptor ducere , & dorare , juxta Concilium Tridentinum eff. 24. cap. 6. de reform.

9. Sed supra traditus obstat textus in can. 14. Concilii Illicher. in illis verbis : *Virgines , quæ virginitatem suam non custodierint , si eosdem qui eas vi-*

laverint , acceperint , & invenerint maritos , eo can. 14.
quod solas nuptias violaverint , post unius anni pœ- Concil.
nitentiam reconciliari debebant . Ex quibus illicher.

verbis apparer , pœnitentiam injungi virginibus corruptis , etiam nubentibus stupratoribus . Igi-

tur quia licitum non est matrimonium inter sedu-

ctorum & puellam seductam . Pro cuius difficul-

tatis explicatione sciendum est , primis Ecclesiæ

seculis omnino permisæ nuptias non fuisse in-

ter stupratorum , & virginem seductam , sed

tantum pœnitentia præiuncta ad communio-

nem recipi . D. Basilius ad Amphibolium

can. 40. ibi : *Puelle qua præter patris sententiam*

fornicatores sequente sunt , reconciliatis parentibus

videtur res remedium accipere : sed non protinus

ad communionem restituantur , sed triennio puni-

entur . Quo modo canones invicem quodammodo

dissentient Carnotensis componit in epist. 16.

missa à Waltero Meldensi Episcopo , in hæc

verba : Litteris veltris per portiorem præsentiam

nuper ad me directis , humilitatem meam confu-

luit vestra fraternitas , utrum quis habere posse eam

mulierem in conjugem , quam prius habuit pœticem :

quod idcirco vobis videtur illicitum , quia apud vos

baebus fuit insolitum . Nunc vero dicitis hoc ip-

sum idcirco venisse in dubium , quod Rogerius Ro-

manæ Ecclesiæ Legatus Roma hanc consuetudinem

Silvanectis afferunt , & hoc posse fieri Beati Au-

gustini sententia confirmavit . De quare vobis re-

spondemus , quia super hoc diversas habemus sen-

tentias , alias probribentes , alias remittentes ; dicit

enim beatus Gregorius in epistola ad Felicem Si-

cilia Episcopum : Eam quam aliquis aliquid illi-

cit à pollutione maculavit , in conjugium ducere nulli

Christianorum vellicet , vel siccat . Legitur quo-

que in Concilio Cablonensi , cap. 24. quia juxta

canonicam auctoritatem raptores ad conjugia legi-

timaraptas sibi jure vendicare non possunt . Habe-

mus enim in decreto Hormisda Pape , nuptias oc-

cultè factas non esse legitimas . Et Papa Evaris-

tius contubernia , non conjugia dicis esse illarum

mulierum , quæ non sunt a parentibus tradita , &

legibus dotata , & a sacerdotibus solenniter bene-

dicata . Habetur & in Concilio Aquisgranii habi-

to : Qui mulierem rapuerunt , veturatus fuerit ,

aut seduxerit , nunquam eam uxorem habeas . Et

in hunc modum plurima repertiri possunt . E diver-

so vero legitimus in decretis Eusebiti Pape , cap. 5.

Virgines , quæ virginitatem non custodierint , si

eosdem qui eas violaverint maritos acceperint , eo

quod solas nuptias violaverint , post pœnitentiam

unius anni reconciliantur . Dicit quoque B. Au-

gustinus in libro de bono conjugali : Posse sanè

fieri legitimas nuptias ex malo conjunctis , honesto

postea placito consequente , manifestum est . Quan-

tum ergo mihi videtur , quod quidam Patres concu-

binas uxores fieri vetererunt , honestatem conjugii

commendantes , & fœdam concubinatus consuetu-

dinem coercere cupientes , rigorem justitiae teneri

decreverunt . Quod vero alii alter scripsierunt , hoc

intelligo , quia intuitu misericordie quorundam im-

becillitat occurrentes , rigorem canonum temperare

maluerunt . In quibus sententia non alia mihi vide-

tur esse distantia , nisi ea , quam inter se habent iudi-

cium , & misericordia , quæ quoties in unum negoti-

um convenient , in discretione Rectorum ita con-

sistunt , ut habita consideratione salutis animarum ,

pro qualitate personarum , pro opportunitate locorum ,

& temporum , nunc severitas canonum possit exerce-

ri , nunc indulgentia , quibus oportebit , impendi . De

C. c. 2. bis

D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V'

bis hactenus. De eo, quod monetis ut pro pace vobis impetranda Dominum Regem suo tempore conveniant: secundum Comici sententiam vobis respondeo: Quia opus est huic patrono, quem defensorem paras. Hoc vobis consulo ut conjugiam eam, quod ante factum ratione resistente non landafis, post factum nec dicto, nec facto inconsulte approbabis: sed communio consilium, & judicium provincialium Episcoporum, & ceterorum studiose expertis, & longanimiter expeditis; & siquid adversi pro amore iustitiae vobis acciderit, equanimiter supportetis: hoc attendendo, quia non sunt digna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabatur in vobis. Valete. Unde l'P. Concilii Illiber. accipiendo sunt juxta perfectionem illius seculi, & antiquam Ecclesie disciplinam: sed cum indistincte matrimonium inter stupratorum, & virginem vitam permitti coepisset, nulla penitentia facta mentione, illud stupratori injungit Gregorius in praesenti cap. 2. notavi jam in dict. can. 14.

IO.
Expo-
nitur
cap. pla-
cuit II.
36.9.2.

Deinde lupta tradita assertioni obstat textus in cap. placuit 11. 36. queſt. 2. ubi ex canone 3. Concilii Aquisgranensis ita legitur: Placuit ut hi, qui rapiunt feminas, vel surantur, aut seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis cum eis postmodum convenient, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conſeru parentum suorum acceperint. Ex quibus exprefſe deducitur, seducentem virginem, non ſolum eam ducere non teneri, verum nec eam in uxorem accipere poſſe. Pro cuius difficultatis ſolutione dicendum eft, canonem illum procedere in rapto virginis, juxta queſtioneſ ſub qua compilatus eft à Gratia-

no; cum enim ſecundum antigos Eccleſia canones raptor non poſſet in uxorem accipere virginem raptam, ut probabimus inſta in cap. final. de raptoribus, ideo PP. Concilii Aquiſgran. in dict. cap. placuit, ſtatuerunt rapiēt, ſeu ſeducentem virginem, non poſſe, etiam parentibus consentientibus, eam in uxorem accipere.

Terterio ſuprā tradita aſſertioni poſteſ textus in Can. 6. Concilii Illerdenſis, in illis verbiſ: Qui paenitentia vidua, vel virginis religioſa Exp. viii. inſtituitur, ſiſ ab eo ſequetur nolue- mif. rit, pariter à communione, & a Christianorum Conſil. confiſto ſegregetur: ſi vero illa, qua vim paffa illerden eft, ad ſanctam religionem redierit, in illa ſolū ſecundum ſententia excommunicationis teneatur, quoniamque publice paenitentia. Ubi cum agatur de virginie corrupta, & ſeducta, nulla imponitur neceſſitas contrahendi matrimonium cum virgine à ſe vi- tiata. Igitur non reſtē in praeferto aſſertoruſ ſtu- pratorem teneri virginem à ſe corrumpam ducere, aut doare. Pro cujus difficultatis ſolutione di- cendum eft, in eo canone agi de femina reli- gioſa, aut in ſtatu paenitentie ſolemnis exi- ſente, cum quā coniugium non datur, ut de vir- ginibus Deo devořis probavi in cap. 6. qui clerici, vel vovent. de penit. in can. 13. Concilii Illiber. Unde cum ratione ſtatus religioſi in caſu dicti canonis matrimonium celebrari non poſſet, ideo stuprato- ri non injungitur neceſſitas ducenti uxorem, aut eam doandi. Accedit, nam in eo textu non agitur de poena, aut paenitentia injungenda stupratori; ſed de paenitentia imponenda virginis religioſa, aut paenitenti lapsa.

CAPUT III.

Ex Concilio ^a Arelatensi.

Si vir ſciens uxorem ſuam deliquiffe, quæ non egerit paenitentiam, ſed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps. Quod ſimiliter dimiſſa egerit paenitentiam, & voluerit ad virum ſuum reverti, debet, ſed non ſemper, recipere peccatricem.

NOTÆ.

- I. ^a **A** Relatensi.) In prima collectione, ſub hoc tit. cap. 3. legitur Aurelian. ſed in nullo ex Conciliis Aurelianensibus, ſive Arelat. huc- uſque editis reperitur textus hic Carnot. part. 8. Decreti, cap. 243. Gratianus in cap. ego 7. 34. queſt. 1. citant illum ex Hermete in lib. Paſtoris mandat. 4. quod verius credo. Hermes, ſive Her- mas, ſcripſit librum, quem inſcripſit Paſtorem, apud veteres celebrem: is liber, quamvis a Sancto Hieronymo in lib. 1. de ſcriptoribus Eccleſie, utilis eſſe dicatur, & nomine ſcripturæ a Sancto Irenaeo lib. 4. cap. 37. citeretur, & ab aliis antiquiſtimis ſcriptoribus, ut Clemente Alexandriño, & Origene, in testimonium adducatur; tamen illum inter apocrypha ſcripta rejecit Gelasius in Synodo Romana relata in can. de libellis, 15. difſ. & Sanctus Hieronymus in Prologo Galeato, & Sanctus Athanasius in lib. de decret. Nicene Sy- nodi, Eufebius lib. 3. histor. cap. 3. Tertul. in lib. de pudicitia, dicunt librum hunc non eſſe in ca- nonice. Quis autem iſte Hermes fuerit, non levis

queſtio eft: nam Origenes in cap. 16. ad Roma- nos, Eufebius lib. 3. hiſtor. cap. 3. D. Hierony- mus in lib. de ſcriptor. Eccleſie, afferunt, hunc eſſe illum Hermam, quem Salutari jubet Apoſtolus in epift. ad Romanos, cap. 16. cum ait: Salu- tate Aſynditum, Phlegontem, Hermam, Anatthal. Bibliothecarius de uitis Pontificum, ſcribit Her- man, ſive Hermetem auctōrem libri Paſtoris, fuilſe fratrem Sancti Pii Rōmani Pontificis, & librum appellatum eſſe Paſtorem, quoniam An- gelus in habitu Paſtoris Hermeti apparuerat, & ut ea ſcriberet, quæ illi revelaverat, juſſerat. Bellarminus de ſcriptor. Eccleſie ſacul. 1. ſol. 48. ex- ſtimat duos fuilſe Hermetes, ſcripſisque libros ſub nomine Paſtoris, ſed librum Hermetis fra- tris Pij circiter interiſſe; librum vero Priori Her- metis diuriſ ſuileſſe: & ita credo transcrip- tum fuilſe canonem hunc à Carnotensi, & Gratia- no ex illo priori libro Hermetis, quem Salutat A- poſtolus.

COMEN-

Titul. XVI. De adulteriis.

305

COMMENTARIUM.

2. EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: *Vir sciens uxorem suam adulterium commisso, & in eo persistente, tenetur eam deserere; post per actam verò pénitentiam debet eam recipere.* Quia assertio quod primam parem probatur ex Divo Augustino lib. 2. de adulter. in cap. non solum 28. quest. 1. D. Hieron. relato in cap. dixit Dominus, D. Chrysoftomo relato in cap. si quis uxorem, cap. sicut crudelis 32. quest. 1. cap. 4. de eo qui duxit in matrimonium quam prius polluit, c. quam sit 9. de excess. Prelat. Concil. Nannet. can. 12. ibi: Si cuius uxor adulterium perpetravit, & hoc à viro deprehendimur fuerit, & publicatum, dimittat uxorem si voluerit propter fornicationem; illa verò septè annis publicè péniteat; vir verò ejus illā vivente nullam aliam accipiat: quod si voluerit adulteram reconciliare, licentiam habeat; ita tamen ut partem cum illa pénitentiam agat, & exactâ pénitentia post septem annos ad communionem uterque accedat. Similis forma & in muliere servabitur, si eam vir ejus adulteravit. D. Isidorol. 2. de officiis Eccl. c. 19. Theodoř in suo Pénitent. ibi: *Si quis uxorem suam fecit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tribus annis péniteat, & quandovis penitit, abstineat se ab ea.* D. Clemente lib. 6. conf. c. 1. 4. ibi: *Qui retinet adulteram, que legem naturae violavit, legis violator est: qui adulterum retinet, scelitus & impius est.* Abscindit eam à carnibus suis, qui non est auxiliatrix, sed infideliatrix, que mentem ad alium declinavit. Et l. 2. tit. 9. partit 4. D. Thomas in 4. dist. 35. quest. unic. art. 2. D. Bonaven. in eadem dist. art. unic. qu. 2. Secundam partem probant textus in cap. quod autem, cum sequenti, 32. quest. 1. Hermes noster in fisiō cap. 20. 34. quest. 1. Illustrant ultra congettos à Barbola in pénitent. Mendoza lib. 3. Concilii Illiber. c. 54. Cujacius in cap. ex parte, de sponsal. Vighellius in method. juris can. fol. 102. Basilius de matrimon. lib. 9. cap. 17. nu. 2. Hurtado de resid. tom. 2. resol. 1. subresol. 21. Cajetanus tom. 1. opus. tract. 29. Mancinus de tricīci juris collat. cap. 123. nu. 5. Anguianus de legibus lib. 3. cap. 21. Petrus Herodius lib. 4. Pand. tit. 17. cap. 12. I. Dartis in 32. qu. 1. & nos in cap. 69. Concilii Illiber.

3. Sed pro dubitandi ratione in p̄sente assertione ita insurgo; nam si solam adulterii rationem attendimus, nullum extat præceptum divinitatis num divertendi ab uxore adulteria in reatu perfido manente, siquidem Christus Dominus tantum ob adulterium divortium permisit, non verò iustit. Igitur vir non tenetur præcisè dimittere uxorem adulteram. Augetur primò hæc difficultas, nam quilibet favori pro se introducto renunciare valer. *I. si quis in conscribendo Cod. de paſtis, l. penult. Cod. de Episcop. & cleric. l. final. Cod. de non numer. pecunia l. si quis in quinilino 112. §. 1. ff. de legat. 1.* Sed divortium ob adulterium inductum est in favorem innocentis, & in peccati nocentis, ob injuriam illi irrogatam, cap. idolatria 28. quest. 1. Igitur vir cogendus non est dimittere uxorem adulteram. Augetur secundò hæc difficultas ex eo, nam sine culpa non est aliquid puniendum. Regulà *Sine culpa in 6.* Sed si maritus cogatur dimittere uxorem ob ejus adulterium, puniunt sine culpa, siquidem privatur ipsa cohabitatione cum periculo incontinentia: igitur non est cogendus dimittere uxorem propriam.

4. Quā dubitandi ratione non obstante vera est DD. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

præsens assertio, pro cuius expositione sciendum est, adulterium significare improbam, & illicitam *Adulterii E-*
cum uxore aliena commixtionem, vel conjuncti-
onem, ut ait Consultus in dict. l. fugitivus, de
tymon.

Deinde sciendum est variè definiri adulterium per repetentes in praesenti, Covarruviam de matrim. part. 1. cap. 1. num. 8. Iul. Clarum §. adulterium, & alios de adulterio scribentes. Bocerus de definitiō adulter. cap. 1. ita illud definit. *Adulterium est tio. crimen publicum, quo per concubitum viri cum aliena feminâ fædus conjugale violatur.* Quam definitionem ipse explicat numeris sequentibus. Sed brevius definitiō potest, ut adulterium sit: *Couitus mentalis, vel realis, per quem alterius thorax violatur.* Quæ definitiō constat genere, & differentiâ. Dicitur enim coitus mentalis, vel realis loco generis; in quo cum simplici fornicatione, stupro, incestu quoconvenit: mentalis verò, quia quoad forum internum mentalis coitus cum alterius conjugie adulterium est, ut probatur auctoritate Exodi cap. 20. Matthæi cap. 8. & Pauli ad Romanos cap. 7. Adjicitur per quem alterius thorax violatur, loco differentiâ; in simplici fornicatione, stupro, & incestu alterius thorax violatur, indeque tantum cum conjugata commititur adulterium, ut docetur in l. inter liberam 6. §. lex. ff. ad leg. Iul. de adulter. & in dict. l. inter stuprum 121. ff. de V. S. & hanc definitionem probavit lex 1. tit. 17. partit. 7. & illustrant Covart. in 4. 1. part. cap. 1. num. 8. Bertrandus ubi supra. Rebuffus in dict. l. inter stuprum, num. 1. Sylvester in summa, verbo adulterium, Azevedo in rubric. tit. 20. lib. 8. Recopil. Cantera lib. 2. q. 9. crimin. cap. 14. num. 24. alii relati à D. Ioanne Vela de delict. cap. 1. Ex qua definitione colligitur, conjugatum cognoscens mulierem solutam, adulterium non committere jure civili attento, cum non violet alterius thororum; ac proinde non posse de adulterio accusari ab uxore tam civiliter, quam criminaliter, l. r. Cod. de adultr. l. 1. Cod. Theodos. de repud. docent. Tiraquell. ad leges connub. in l. 7. num. 42. Paleotus de nobis & spuriis, cap. 42. Covart. in 4. part. 2. cap. 7. §. 6. jure autem divino, & canonico verè adulter est; nam Dominus creavit marem, & fæminam, non fæminas, Genes. cap. 1. vers. 27. disruptit enim, atque violat fidem conjugalem, qui adhaeret meretrici, l. ad Corinth. cap. 6. vers. 15. & 16. Jure canonico id expresse docetur in cap. dixit, c. nemo 32. q. 4. cap. non me haberis, 32. q. 6. cap. ille 14. 32. quest. 5. cap. transmisse, de eo qui cognovit consanguin. cap. intellectimus,

Cc 3

intelleximus,

intelleximus, hoc tit. Et licet vir non possit criminaliter ab uxore accusari, cap. apud misericordem, 32 quæst. i. poterit tamen ad thori separationem, ut docet Covarr. ubi supra: quomodo accipiendi sunt textus in cap. præcepit, cap. christiana 32. q. 5. cap. quemadmodum, §. illud, de jurejur. dicemus infra in cap. final hoc tit.

6. Deinde sciendum est, nullum deterstabilius probum adulterio patrari, aut aliquid foedius contra ius gentium facinus committi. *Genes. cap. 26. Potuit cotre quisquam de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande peccatum.* Et *Levit. cap. 20. Denteron. cap. 22. Joannes cap. 8. Daniel cap. 13. l. probrum 41 ff. de ritu nupt. cap. quid in omnibus, 32. quæst. 7. D. Ambrofius lib. de Abraham. c. 2 & 7. l. auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Ulpianus in frag. tit. de dotib. §. inter atrociora. Stobaeus sermonum cap. 6. Non sibi adulterio maius ullum malum. Dicitur sacrilegium noctiarum in l. quamvis, ff. hoc tit. Faciunt Nicolstratus in lib. de nupt. Quanta turpitudine, nequitia, & iniustitia sit in adulterio, quantum urique sexui ignominia iniurias, &c. Clemens Alex. lib. 3. Pedagog. cap. 2. Pelusiota lib. 3. epist. 76. Inter atrociora & immana scelerata recentetur in l. 1. Cod. Theodos. quorum appell. Unde adulterio non gaudent indulgentia. Pachali, l. 4. 6. 7. 8. cod. Cod. de induc. criminis, ubi Gothofri, Illustrat. Palatios Rubios in repetit. rubric. de donat. inter. § 77. num. 3. Vega in cap. 4. § de adulter. de judic. qui affertur, adulterium esse homicidio gravius: & probare intendunt ex l. codicillis 88. §. matre ff. de leg. 2. Quod admittendum non est; nam revera adulterio gravius est homicidium, ut confit ex cap. si quis verius, 33. quæst. 2. Nec contrarium probat Consultus in dict. §. matre. Nam omisla interpretatione afferentium, levius in ea specie fuisse homicidium, quia necessarium fuit ad defensionem propriæ substantiæ, cum occisus rapinam fecerit proprio occisoris, argumento legis 2 ff. ad leg. Aquil. c. 2. de homicid. quia illa verba, dum ei rapinam facit, potius ponuntur à testatore ad augendam malitiam fratris homicida: filius enim rapinam faciebat, id est locum parabat ad rapas ferendas; id enim significat interdum rapinam facere, ut docent Columella lib. 2. cap. 2. Cato de re rustic. cap. 31. & Pulbeus in libello de rer. alienat. Verius respondendum est, illa verba non esse accipienda comparative, nec significare fratrem adulterium uxoris commississe, cum testator uxorem appellaverit. Charissimam in principio testamenti; sed accipienda esse positive: Sed & aliam mihi deteriora fecit. Hoc est, sed & alia mala mihi fecit; sic enim Cicero in oratione pro Balbo, dixit: *Hoc illi deteriorus contigit;* ut explicat D. Joannes Vela de delict. cap. 1. Nec tunc obstat textus in cap. 4. §. de adulteriis, & judiciis: cuius interpretationem in ejus commentario dedimus. Denique satis ostendit hujus criminis gravitatem Ulpianus in l. probrum 42 ff. de V. S. ubi appellat adulterium probrum naturæ, quia per illud inviolabilia iura matrimonii confunduntur, ac deturbato parentis sanguine, ordineque naturæ, incerti auctores vite redduntur. Quod ea ex causa adeo abhorruerunt bruta animalia, naturæ communis nexu illigata, ut adulteri sanguine sparso proprii thori vindicarent injuriam, ut de leone referit Plinius lib. 8. cap. 16. de elephante. Elia-nus lib. 2. hist. anim. cap. 15. de torture Cassiodorus lib. 5. var. cap. 33. de aliis item probant Tiraquelius in l. 13. connub. Beyerlinch. in theatro vita hum. tom. 1. verb. adulterium, Theophilus Ray-*

naud. tom. 4. lib. 3. sect. 3. cap. 6. fol. 397. Lorinus in cap. 20. Levit. Brofous ad Cassidor. dict. epist. 33. Ferrandus Eduenfis in l. inter liberos. ff. ad leg. 7. l. de adult. Inde etiam provenit, nec feminam, nec militem excusari in hoc crimine, l. 2. §. si simul & l. mariti 29. in princip. l. vim. 39. ff. hoc tit. cum agatur de crimen inspirante natura damnato, ac hujus primæva fæditatis inspectione. Nec relevat eum rusticitas, l. 2. de jure fisci, l. 3. §. efi 22. ad Syllan. l. quicumque 8. Cod. qui admittit: Nec tam minor arta, quia in executionibus penarum cessat legis auxilium. *l. auxilium* 37 ff. de minor. Sel-denus lib. 21. de uxor. *Hebr. cap. 12.*

Inde etiam suadente ipsa natura adulterium vindicarum fuit variis penis, eti inultum legamus apud aliquas barbaras gentes, quas refert Roman. 2. part. Reipub. Gentil. cap. II. Ptolemy in his tor. arcan. fol. 77. Apud Hebreos enim adulteria combrebatur, *Genes. cap. 38. vers. 24.* lege vero Moysis ita cavebatur: *Quicunque maceratus fuerit cum uxore proximi sui, morte moriatur.* Unde apud eos adulteri lapidari cœperunt. *Levit. c. 2. Exodi cap. 22. Denteron. cap. 22. Danielis cap. 13. Ioannis cap. 8. Marci cap. 10. D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 6.* Apud Ægyptios in adulterio deprehensus virgis cœdebat ad mille plagas: mulier nafo murilabatur. Diiodorus Siculus lib. 2. Biblioth. cap. 3. De Vandals ita ait Salvianus lib. 7. de providentia. Addiderunt quoque ad libidinem compri-mendam severas pudicitias, sanctiones, gladio impudicitiam coercentes, ut puritatem scilicet viri & sexus, & domi coniubio reservaret affectus. & in publico metus legum; ac si in duplice praesidio casti monianiteretur, cum & intrus esset quod amaretur, & foris quod timeretur. Parthos refert Iustinus lib. 41. nulla delicia adulterio gravius, aur feverius, videlicate Lydiis adulteram sine venia & misericordia puniebant. Aelianus l. 17. hist. cap. 12. Apud Danos parte corporis spoliati adulteri necabantur. Saxo lib. 5. de rebus Dan. Apud Locrenses adulterii damnatus utroque oculo privabatur, ut refert Valerius Max. lib. 6. cap. 5. Germani adulteram abfessis crinitibus nudatam coram propinquis expellebant, ut tradit Tacitus de moribus German. quorum jus novum refert Henelius de total. ubi supra. Omittimus apud alias nationes statutas, quas refert Petrus Gregor. lib. 36. Syntag. c. 6. Tiraquel in l. 13. connub. Bocerus de adulterio & final. Ant. Matthaus de crimin. tit. ad leg. l. de adult. Ut ad ius civile Romanorum perveniamus, apud eos primus Romulus ita faxit: *Adulterii convictam vir. & cognati uti violent necant.* Plutarchus in vita Romuli, Halicarn. lib. 1. Livius lib. 39. cap. 28. Valer Max. lib. 6. cap. 2. Gellius lib. 10. noctum, cap. 32. Sed haec sanctio severa visa est statim Romanis; ideo Numa Pompilius leviorum legem tulit his verbis: *Pellex sedem Iunonis ne tangito, stetigerit, crini-bus dimissis agnam feminam cadito.* Gellius lib. 4. noct. c. 3. Festus Pompejus lib. 1. de V. S. Poffea vero crecente matronarum luxu, variis penis vindicatum fuit adulterium: aliquando penæ capit. Livius lib. 7. Valerius Maximus lib. 8. cap. 2. Sæpius multâ. Suetonius in Iulio, cap. 2. & 48. Tacitus lib. 2. hist. Plerumque relegatio extra ducentesimum lapidem irrogata fuit, donec Augustus legem Juliani rogavit, quæ ab eius latore Julia dicta fuit; quia Augustus Julii nomen adoptione sortitus fuerat, de qua agunt Consultus in l. 1. ff. ad leg. l. de adult. Suetonius in An-gust. cap. 34. Floratius lib. 4. carminum, od. 5. quæ

7.
Depa-
nis a
dulteriis

qua lege stabilita fuit pena tantum relegationis, si quis s. f. de quæst. l. miles 11. ff. hoc tit. non autem pena capitalis statuta fuit; unde D. Augustinus lib. 10. de civit. Dei, cap. 5. ajebat, adulteria Romæ morte non fuisse punita antiquitus: & Apulejus lib. 9. ait: *Ac ne juris quidem severitate, lege de adulteriis ad discrimen vocabo capitum.* Faciunt lex 4. §. adulterii. ff. de re milit. l. 13. ff. de his quibus ut indign. l. 14. ff. de testibus. Paulus l. 2. sent. tit. 26. §. adulterii. Non tamen eam lege abrogata fuit facultas imponendi penam capitalem exacerbata ultione certis casibus, veluti adulterio commissio cum incestu, si quis viuam s. f. de qua & in casu textus in l. miles 11. ff. hoc tit. Unde penam capitalem lege Julia de adulteriis perpetratibus impositam fuisse supponitur in l. transfigur. 17. Cod. de transact. l. de crimin. 9. Cod. hoc tit. l. si vir. C. Theod. eod. tit. 1. 2. Cod. de Theodos. de induig. apud Anobium lib. 4. contra Gentes, ibi: *Adulteria ligibus vindicant. & capitalibus eos ad officium paens, quos in aliena comprehendunt scedula genitale selecti expugnatione jecisse.* Salvianum lib. 7. de provid. Iuvenal. satyr. 2. vers. 29. Virgilii 6. Æneid. Ammian. Marcell. lib. 28. Apulejus lib. 9. Metamorph. Acne juris quidem severitate, lege de adulteriis ad discrimen vocabo capitum. Et ita capitalem penam lege Julia impositam esse docuerunt Cujac. lib. 21. obseru. cap. 17. Gedeus in l. inter 101. ff. de V. S. Marc. Lyclama lib. 2. membran. eclog. 3. & o. Hellen. de dotal. ubi suprà, fol. 283. Deinde lex hac Julia de adulteriis; ut vocatur in l. 5. ff. hoc tit. l. 3. & 17. Cod. eod. l. auxilium 38. §. 10. ff. de minor. apud Salvianum lib. 7. de provid. vel de pudicitia, ut dicitur in l. 8. & 9. Cod. hoc tit. apud Suetonium in Augusto, cap. 34. inter publica judicia recensita fuit, l. 2. §. si in publico, ff. hoc tit. l. 2. Cod. Theod. eodem. §. item 7. instit. de public. judic. Inde damnatus lege Julia infamia notabatur, l. maritus 24. ff. hoc tit. & ita privilegiis hominis integra frontis privabatur, l. infamem 7. ff. de public. jud. l. 1. ff. de his qui notantur infam. l. 5. ff. de calumniat. ideoque testis in testamento adulteri non poterat, l. 13. 14. & 18. ff. de testibus. Eiam eadem lege ius occidendi adulterum patri, ac marito datum fuit, l. patri 20. cum sequent. l. nihil 32. in princip. ff. hoc tit. l. Gracchus, Cod. hoc tit. l. 4. §. 2. ff. de his qui notant. infam. Paulus lib. 2. sent. tit. 17. §. 1. & 2. & lib. singul. de adult. plura de ipsa lege Julia consenserunt Cujac. lib. 6. obseru. cap. 14. l. Gothofr. ad leg. 4. Cod. Theodos. quorum appel. Henel. de dotal. cap. 10. Armatus de jure connub. c. 5. Borellus tom. 3. decis. tit. 6. Briffonius ad leg. l. 1. de adult. Ant. Matthæus de crimin. ad cundem titulum. Fornier. lib. 3. rer. quotid. cap. 9. & lib. 4. cap. 16. & lib. 6. cap. 9. Anaf. Germonius lib. 2. animadav. cap. 4. Demisterius ad Rosinum lib. 8. cap. 24. Mançius lib. 1. de triplici juris collat. cap. 46.

8. Manet ergo, lege Julia impositam non fuisse penam capititis, ethi ea lege abrogata non fuisset potestas imponendi penam capitalem in atrocioribus adulteriis; quo modo conciliari possunt variae Doctorum opiniones circa auctorem hujus penæ capitalis ob adulterium. Nam Constantium auctorem fuisse hujus penæ mortis in l. quamvis 30. C. hoc tit. in illis verbis: *Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet; existimarent Briffon. lib. singulari de hac lege. pag. 105. P. Faber lib. 1. semestr. cap. 4. Ant. Faber lib. 2. conject. cap. 20. Pitheus in collat. legum. Mosaic. tit. 4. de adulterio. Marfil. & Ritherursius in §. item lex. instit. de public. judic.*

Ant. Matthæus de crimin. ad lib. 48. Pandeit. tit. 3. de adult. cap. 2. num. 1. Unde docuerunt Briffonius ubi suprà, Balduinus de legibus Constant. pag. 192. verba quæ extant in l. castitatis 9. Cod. hoc tit. (quæ auctorem habet Alexandrum Imperatorem) ibi: *Qui autem adulterii damnatae, si quocunque causa panam capitalem evaserit, sciens duxerit, vel reduxerit eandem, ex causa lenocinii punietur;* esse Tribonian, non autem Imperator, cuius etiam esse verba illa, excepto adulterio, in lege transigere, Cod. de transact. docuit A. Faber lib. 2. conject. cap. 20. Sed rectius Cuiac. lib. 20. obseru. cap. 18. affirmat juxta suprà tradita, quod quamvis lege Julia de adulteriis penam capitalem statuta non esset in adulteros, nihilominus quandoque extra ordinem adulteros capite damnatos fuisse, ut fecit Augustus cum Julio Antonino. Unde Alexander Imperator in dict. l. castitatis, quia suo tempore inciperant obsolescere adulterii penæ, & lex Julia dormire, ut ajebat Juvenalis satyr. 2. vers. 27. ipse ait, castitati & disciplinae suorum temporum convenire, ut lege Julia damnata, in legitimis penis perseveret; hoc est, ut illi imponantur penæ, non solum quas lex Julia sanxit, verum & capitales, si gravitas sceleris exigit: & ideo subiunxit ea verba: *Eum qui forte non damnata capite, que causa quadam evaserit panam capitalem, duxerit, vel reduxerit, tanquam lenonem relinquere panis legis Italia.* Quo modo etiam intelliguntur textus in dict. l. transfigur. l. 4. Cod. Theodos. quoniam appellat l. 2. Cod. de iudic. reliquorum. Itaque Constantinus in dict. l. quamvis 30. capitalem penam in hoc delicto minime de novo introduxit, sed jam velut obsoletam, ac sepultam postliminio quasi reduxit. Etiam ex novella 32. Leonis adulteri truncatione narium, aut aurum plectebantur: hinc lepidè Martialis lib. 3. epig. 85. ait:

*Quis tibi persuasit nares abscondere mocho?
Non hac peccatum est parte, marite, ibi.*

Stulte quid egisti?

Justinianus vero in novella 134. gladii penam in viro quidem retinuit; adulteræ vero remisit verbera, eamque in monasterium detruidi voluit: inde est authenticus. *Sed hodie, Cod. hoc tit. à qua non admodum dissimile est jus nostrum Septempartitum;* nam in l. 15. tit. 17. partit. 7. statuitur ut adulteri ad mortem damnetur, adulteræ vero vapulata in monasterium detruatur: & novioribus legibus, videlicet l. 2. tit. 15. lib. 8. ordin. 1. 80. Tanti, l. 4. tit. 20. lib. 8. recipil. adulteri traduntur marito puniendi una cum omnibus bonis suis, instaurata lege 1. tit. 7. lib. 5. fori Iudicum. Explicant Villadiego, Ant. Gomez. Didacus Perez in eisdem legibus, Julius Clarus, & Bayardus ibi, verbo Adulterium. Bossius in tit. deraptu. Et quomodo adulterium probaretur, ut penæ his locutus sit, explicant Quesada qq. iuris quest. 16. Paz in leg. 12. styl. Borellus, tom. 3. decis. tit. 6.

9. Ut ad penas adulterii ex jure canonico perveniamus, præficiis Ecclesiæ canonibus publica penitentia adulteriis imponebatur, cap. si quid 23. De pen-
nis ex
quest. 2. immò & aliquando communio etiam in
jure ca-
nonico.
liber. Eriam iure canonico approbata fuit pena per Justinianum statuta in novella 134. cap. 10. videlicet detrusio in monasterium, cap. intellectus, hoc tit. cap. gaudemus, de convers. conjug. cap. consultit, de appellat. Salcedo in praxi, cap. 8. facultas autem occidendi adulterum omnino denegata fuit, cap. admonere, cap. quicunque, cap. si quid

quid 33. quæst. 2. docent Basil. lib. 9. de matrim. c.
15. Escobar de utroq. foro; §. 7. Diana part. 3. tit. 4. re-
sol. 223. Mendo in statuta, diss. 3. quæst. 2. Prado
tom. 2. Theolog. moral. cap. 20. quæst. 1. §. 4. latè Giba-
linus tom. 2. de negotiatione, lib. 6. cap. 6. art. 1. regul.
2. Theophil. tom. 4. lib. 3. sect. 3. cap. 6. fol. 389. Co-
var. 2. part. de matrim. cap. 7. §. 7. Fornerius 3. rer.
quotid. cap. 10. Licet si maritus clericum cum uxori
re inventetur, & percussurit, non debeat pro absolu-
tionis beneficio Sedem Apostolicam adire, cap. 3.
desent. excomm. Covart. 2. part. de matrim. cap. 2.
§. 7. quia inconfiderat, & justo dolore motus hoc
fecit, ut ait Consilium in tunc in ea, ff. hoc tit. Etiam
propter adulterium uxor privatum dote, & maritus
adulteri amittit dotalitum, seu donationem
propter nuptias, ut late probavi in cap. plerumque,
de donat. inter. Tandem propter adulterium al-
terius ex conjugibus matrimonium dissolvitur
quoad thorum, & mutuum cohabitationem, cap.
interveniente, cap. 1. Apofolus 32. quæst. 7. nisi uter-
que adulterium committerit, cap. significasti, cum
sequenti, hoc tit. vel maritus uxorem prostituat,
cap. discretionem, de eo qui cognovit consanguin.
nisi animus committendi adulterium non ha-
buerit, scilicet cum per errorum ab eo, quem ma-
ritum esse credebat, fuit cognita, cap. in lectionem
34. quæst. 1. vel per vim oppressa, cap. proposito 32.
quæst. 5. vel si maritum credens esse mortuum, alii
nuperit, cap. cum per bellicam 34. quæst. 1. vel si uxor
tempore infidelitatis à viro repudiata cum alio
consummaverit matrimonium; nam si ambo ad
fidem Catholicam convertantur, non poterit re-
pudians obijcere conjugi repudiata consumma-
tionem illius secundi matrimonii, cap. gaudemus,
de divortiis. His tamen casibus exceptis licet
ob adulterium divortium sit quoad thorum, iuxta
legem divinam, de qua D. Matthæus cap. 19. Quod
provenit ex natu ipsius matrimonii, quia cum
conjuges teneantur mutuum sibi servare fidem,
ut probavi in cap. final. de condit. apposit. justè con-
jux innocens separatur à cohabitatione cum no-
centi, nec tenetur cum eo juxta promissam cohabiti-
tare, argumento textus in cap. pervenit. 3. de jure-
jur. 1. fidem. ff. de translat. junctis traditis a Barbo-
sa axiom. 98. Ut autem divortium hoc fieri pos-
sit, debet procedere adulterium, copulâ habitâ
cum tercia persona, ob quam caro dividatur. Un-
dè infertur, non sufficere ad divisorium adul-
teriandum inimicum, nisi operre subsequitur. Leander 2.
part. de sacram. diffut. 26. quæst. 7. nec etiam oscula-
la, aut similes amplexus præstare causam divor-
tio, etiam si adulterandi animo habeantur, cap. lex
27. quæst. 2. Salmut. ad Pancirolam libr. 1. tit. 46.
Nec etiam sufficiunt ad hoc divortium peccata
contra naturam perpetrata ab altero ex conjugi-
bus, quia divisionem carnis, quæ ad adulterium
desideratur, accipimus pro ea, quæ juxta usum na-
turalis habetur, ut pluribus relatis docet Leander
dict. diffut. 26. quæst. 11. licet contrariam sententiam
in praxi tenendam esse dicat Trullench. de matrim.
cap. 12. Hec autem facultas deserendi adulterum
reciproca est, ita ut non solum maritus divertere
possit ab uxore ob ejus adulterium, verum & uxor
ob adulterium viri, cap. final. 32. quæst. 5. cap. placuit
32. quæst. 7. Cum enim uterque æqualiter sibi ad
invicem ad fidem ex justitia servandam obligen-
tur, sicut vir innocens potest dimittere uxorem ad-
ulteram, ita & uxor discedere valer à viro adul-
tero, ut contra Cajeranum probat Leander dict.
diffut. 26. quæst. 3. Nec ullum tempus præfinitum

est, intra quod conjux innocens possit deserere no-
centem; sed licitum est innocentem quocunque e-
lapso tempore divortium petere, cap. admonere 33.
quæst. 2. Licet enim jus accusandi adulteram le-
gitimo tempore præscribatur, l. adulter. Cod. hoc
tit. tamen quoad petendum divortium nulla tem-
poris præscriptio admittitur. Basil. Legion. libr.
9. de matrim. cap. 16. num. 4. An autem propria
auctoritate licet dimittere adulteram, & alia de
hoc divortio, exposui in cap. significasti, de di-
vortiis.

His suppositis ratio præsentis assertionis, quare
videlicet tenetur maritus dimittere uxorem adul-
teram, provenit ex eo, quia eam retinendo præ-
stat anfam suspicandi suo consenuf adulterium
commissum fuisse, & qui retinet adulteram, parti-
cipis creditur ipius criminis, & patronus turpitu-
dinis cenfetur, cap. quemadmodum. §. 1. de jurejur.
& idè Domitianus Imperator Equitem Roma-
num ob reductam in matrimonium uxorem, cu-
dim illæ adulterii crimen intenderat, erat è judi-
cum albo, ut refert Suetonius in Domitiano cap.
8. Ulpianus in l. 2. §. unde queri, ff. hoc tit. Clau-
diu Gorgum virum clarissimum, cum deprehen-
sam in adulterio uxorem retinuisse detectus eset,
sine accusatore lenociniū damnatum fuisse à Se-
vero refert Laonicus Chalcondillas lib. 3. de rebus
Turcicis, ait apud Gentes quasdam diram esse, &
infamem imprecationem illam, ut quis repudi-
tam uxorem iterum recipiat. D. Paulus, qui inter
priscos monachos vita sanctitate, & morum au-
toritate claruit, non aliam instituti sui, & solitarii
voti occasionem habuisse fertur, quād uxori
rem in adulterio deprehensam retinere nolens, in
solitudine, & desertis locis monasticam vitam pro-
fessus obiit, ut refert Nicephorus Calixtus libr. 8.
histor. cap. 40. Solonis lex maritum adulteram
recentem infamia notavit. Demosthenes in o-
ratione contra Nicetam. Jure civili lex Julia co-
cerit eum, qui non statim post adulterium uxorem
dimittit; sive eum, qui in adulterio deprehensam
reinerit, l. marit. 29. ff. ad leg. Iul. de adulter. quia
hoc lenociniū loco habet, leg. 2. Cod. cod. sit. eadem
que, quā & adulterium, pœna persequitur, leg.
auxiliū. in fine ff. de minor. l. 3. §. et si ff. de accu-
sat, & hoc Paulus lib. 2. senten. tit. 27. in hæc verba
scribit: *Exim, qui deprehensam in adulterio uxori
rem non statim dimisit, reum lenociniū postulari
placuit.* Tantam enim mariti lenitatem, qui uxori
matrimonium violanti non irascatur, adulterumq;
in ipsa turpitudine deprehensum non coëcet,
non esse ferendam lex existimat; & ita in lenoci-
niū criminē jure optimo ponit, quandoquidem
aut lenonem esse, aut plenè ferre necesse est, cui
scienti, prudenti fine dolore ranta injuria in-
fertur. Atque ita Claudiu Gorgum clarissimum
virum, cum deprehensam in adulterio uxorem re-
tinuisse detectus eset, sine accusatore damnatum
lenociniū Ulpianus refert in l. 2. §. unde ff. ad l. Iul.
de adulter. Nec deprehensione caruisse illam Tri-
buni militum patientiam, qui post datum adul-
terium uxorem retinuerat, quasi contentus emul-
lum removisse, narrat Plinius libr. 6. epist. ad Cor-
nel. docuerunt Reuardus lib. 4. variar. cap. 6. Brif-
fonius ad leg. Iul. de adulter. pag. 183. Unde rectè in
præsenti docetur, maritum teneri dimittere uxori
rem adulteram, ut ita viterit scandalum, quod
eo scienti, & patiente adulterium perpetrat. Inde infertur, maritum non teneri uxorem dimitte-
re, quando adulterium ita occultum est, ut probari
nequeat,

negueat, cum in casu cesseret ratio scandali, ut docuerunt Glossi verbo *Patronus*, in cap. I. 32. q. 1. Albertic. in dictio[n]ar. verbo *Matrimonium* 8. vers. Quod si aliquis, Turtiscrem. in cap. *Apostolus* 32. quæst. 7. art. 2. Inde etiam deducitur, uxorem non teneri dimittere maritum adulterum, pertinacem, & publicum; nam cum scandalum profligat cesse in uxore non dimittente virum adulterum, cum uxores ægræ feraat, ut viri aliis commisceatur, non tenetur dimittere virum adulterum, ut docent Sanchez lib. 10. de matrim. disp. 14. num. 29. nec tunc obstat textus in cap. *figuris uxorem*, el. 1. 32. quæst. 1. ubi docetur, virum & uxorem æquales judicari quoad obligationem divertendi propter adulterium utriusque; nam intelligendus est quod ad facultatem divortii celebrandi ratione adulterii, non autem quoad obligationem divertendi. Tandem infertur non teneri maritum divertere ab uxore calu, quo scandalum inde consurgens alius remedii austeri valeat, ut docet Sanchez *dicit* dis- put. 3. num. 15.

II. Ut rationem secundæ partis præsentis assertio- nis assignemus, sciendum est, quod licet jure ci- vili attento maritus uxorem adulteram, & dimis- sionem iterum recipere nequit, *i. castitati*, *Cod. ad leg. Iul. de adul.* tamen ad eam redire valebat post abolitionem criminis, *I. generali* 34. §. *ream. ff. de riu nupt.* aut si maritus ab accusatione desistit, *I. fin. 27. de adul.* quam exponit Datus in 32. q. 1. *ad fin.* & cum per pœnitentiam delicta aboleantur, rectè potest maritus uxorem adulteram, sed pœnitentem recipere. Et licet non teneatur ex justitia eam pœnitentem recipere, tamen tenetur ex charitate, de qua charitatis obligatione accipiendi sunt textus in cap. *quod autem* 32. quæst. 1. *cap. de benedicto*, *cap. ego dixi* 35. quæst. 1. & præfens textus in verbo *Debet*. D. Bonavent. in 4. *disp. 34. art. 1. quæst. 5.* docuit Basilus lib. 9. de matrim. cap. 19. Germanius 1. *animad. cap. 8.* et si contrarium defendat Arnifeus *de iure connub. cap. 5. f. 9.* intendens probare in his verbis tantum consilium contineri, & nunquam debere innocentem recipere nocentem. Si autem velit innocens nocentem recipere, tenetur nocens eum sequi, quia sententia divortii tantum prolata est in favorem innocentis. Sunt etiam calus, in quibus innocens omnino cogitare recipere peccatricem commendatam. Primus est, si suspectus sit de propria incontinentia. Secundus si innocens etiam adulterum commisit ante, vel post sententiam divortii, quia tunc cum etiam innocens infert injuriam conjugi dimisso, & paria delicta mutua compensatione tollantur, *I. viro. ff. solito matrim.* ideo innocens post adulterium tenetur recipere conjugem dimisum, *cap. ex litteris, de divortiis, cap. penult. & final. hoc tit.* Nec interest quod sententia divortii jam prolata sit, quia cum talis sententia respiciat statum præsentem, juxta quem pro- lata est, non tollit jus compensationis, si innocens adulterium commisit.

12. Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta, pro cuius solutione examinandum est, an maritus statim ac agnovit uxorem adulteram esse, teneatur eam dimittere, ac deserere? & distinguendum est inter adulterum occultum, & publicum. Primo calu potest maritus uxorem retinere, & cum ea cohabitate, *cap. de benedicto*, *cap. quod autem*, *cap. non erit*, *cap. apud misericordem*, 32. quæst. 1. nisi animum habeat ascendendi ad sacros ordines, quia cum irregularitatem contrahat, si eam posita

cognoscat, *cap. si laici*, 34. *disp. tenetur* eam ab- jicere. Secundo vero casu, cum adulterium notoriū est, propter scandalum, quod inde nascitur, & quia eam retinendo patronus turpitudinis vi- detur, ideo juxta suprà tradita tenetur ipsam adul- teram dimittere, immo & si cum ipso scandalio eam retinuerit, per triennium pœnitire debet, *cap. si quis uxor* 6. 31. quæst. 1. Basil. Legionensis lib. 9. de marim. cap. 18.

Adhuc suprà tradite assertioni obstat textus in cap. *quemadmodum*, § illud, *de jurejur. ubi proponitur* quendam maritum jurasse, *nunquam si tur cap. desertorum uxorum suum pro nullo criminе. Con-*

13.
Exponi.
quem-
sultus fuit Innocent. III. an tale juramentum ser-
vandum esset, nec ne. Et respondet summus Pon-
dum, §.
tificex, simile juramentum temerarium esse, quia si dejure-
mulier infidelis sit, & nolit cohabitare sine con-
jurum
tumelia Creatoris, debet illam deserere, & accu-
fare, & nisi se corrigit, dimittere. Conseguitur al-
ter casus, quid si juraverit, se non accusaturum,
aut deserturum propter crimen adulterii? Et quæ-
ritur utrum tale juramentum sit observandum,
nec ne? Et respondet Innocent. III. tuius esse ju-
ramentum observare, & uxorem peccatricem ad
pœnitentiam reducere. Quem textum ita expen-
do. Si maritus teneretur uxorem publicè adulter-
ram adhuc non peracta pœnitentia deserere, non
valerer juramentum in contrarium factum, tanquam
illicitum, *ex cap. in malis. cap. juravit, cap. Inno-
cent 22. quæst. 4. cap. Quintavallis, cum aliis, de*
jurejur. Ergo maritus non tenerit uxorem adulte-
ram dimittere. Quam difficultatem ut aliqui dissolvant,
asserunt maritum eo casu posse deserere uxori-
rem, tuius tamen facere, si eam non deseruerit,
ita ut verbum *tutius*, in eo textu consilium, non
præceptum inducat, ut in *cap. communem, de spon-
sal.* Sed hæc solutio subteri non potest, quia ve-
rius est, in eo textu, verbum *tutius*, inducere ne-
cessitatem, quia in his rebus, quæ ad salutem ani-
mæ spectant, multò verius est, teneri nos ex præ-
cepto tuius eligere, *cap. ad audientiam, de ho-
micide.* Deinde quia juramentum servari debet
semper ac quando nullum datur dispendium salu-
tis æternæ, *cap. debitores*, cum aliis ibi adductis,
de jurejur. Ergo in specie illius textus debet omni-
nō juramentum servari. Quare Anguianus *de legis-
bus lib. 3. cap. 21.* docet in specie illius textus non
teneri maritum uxorem deserere, quia cum ju-
ramentum illud emitendo renunciasset juri suo,
quod ejus favore introductum erat, ideo tale ju-
ramentum validum fuit, & cum ratione illius ju-
ramenti maritus non desereret uxorem, ulla le-
nocinii suspicio dari non poterat, nec præsumi ex
ejus voluntate adulterium committi.

14. Etiam suprà traditæ assertioni opponi potest textus in canone 65. Concilii Illiber. ibi: *Si cuius Exposi-*
Clerici uxor fuerit mechata, & sciat eam maritus nitur
suns mochari, & eam non statim projecerit, nec in can. 65.
fine accipiat communionem, re ab his, qui exempli & 70.
*bene conversationis esse debent, videantur magis-*Concil.**
ria sclerorum procedere. Igitur laici, in quibus bo-
na conversatio ad exemplum aliorum non deside-
ratur, non tenentur uxores adulteras statim dimis-
ttere. Augerut difficultas ipsius canonis ex Conci-
lio Toler. I. can. 7. relato in *cap. placuit 33 qu. 2.*
ubi in eadem specie docetur, clericos non debere
ejicere uxores peccantes, ne forte illis majorē
peccandi licentiam præbeant; sed potius in domo
retinere, jejuniisque, & aliis pœnis eas coercere.
Pro cuius difficultatis solutione sciendum est in d.

cap. 63.

cap. 63. Concil. Illiber. tantum juberi clericis uxorem peccantem dimittere, quia de laicis idem distictius cavebatur in can. 70. ejusdem Concilii, ibi: Si conscientia marito, & ipso consentiente fuerit uxor mactata, placuit nec in fine eis dandam esse communio- nem: si vero eam reliquerit, & separavit fuerint, & dignè ponit uerint, post decem annos accipiant communionem. Ubi de lenocinii turpitudine nonnulla notavi: & licet deesse hæc constitutio, adhuc argu-

mentum à contrario sensu deductum non obstat, cùm sequeretur absurdum. Nec obstar textus *in d. c. placuit*. Nam in eo canonе expressè jubetur, ut clericus mulierem peccatricem à cohabitatione abiciat, nec cum ea cibum sumat: jubetur tamen, ut in domo propria, tanquam in carcere privato, ut exponit Forner, lib. 3, rer. quotid. cap. 10. eam retineat, ut jejuniis, & alijs piis operibus maceretur; non tamen quia cum ea cohabitare possit.

CAPUT II.

Ex Concilio^a Parisiensi.

MAritis etiam ex ^b suspicione uxores accusare permisum est; & ipsi plus cæteris de adulterio & accusare possunt, & ^c defendere.

NOTÆ.

I. *a P*arisensi.) Etiam ex Concilio Parisiensi citatur textus hic à Burchardo lib. 16. Decreti, tit. 3. cap. ult. in prima autem collectione, sub hoc titulo cap. 5. legitur Alexander III. Parisiensi Episcopo. Quam inscriptionem veriore credo, cùm in nullo ex Conciliis Parisiensibus hucusque editis reperiantur verba in præsenti transcripta: & forsan hic refertur fragmentum alicuius epistola missæ ab Alexandro III. Parisiensi Episcopo. De Parisiensi diœcesi nonnulla adduxi in cap. final. de *re script.*

2. *b Ex suspicione.*) Licet regulariter ex sola suspicione nullus accusandus, damnandusque sit, *cap. multi 2. quæst. 1. D. Thomas 2.2. quæst. 60. art. 3.* quia nemo nisi legitimis probationibus, & luce meridiana clarioribus convictus fuerit, damnari valet, *cap. 1. cum sequent. 2. quæst. 1. l. qui sententiam: 6. Cod. de penit.* quare secundum Tullium Cassiodorus lib. 1. variar. epist. 3. Sicula gentis naturam damnat, ut quæ facilior ad querelas, etiam de suspicitionibus accusare soleat; proinde maritus lenocinii crimine teneri dicunt, si uxorem in ipso scelere deprehensam, non vero si suspectam de adulterio retinuerit, *l. 2. Cod. ad leg. Jul. de adul.* Tamen interdum ex suspicitionibus proceditur, & quis damnatur. Unde Imperatores in l. 2. C. de heretic. eos etiam, qui vel levi argumento derecti fuerint ab orthodoxa religioni tramite deflexisse, ut hereticos damnant, & quandoque criminum suspicitionem pariter ac ipsa crima vitari, iura præcipiunt, *l. 2. l. civile 5. Cod. de furtis, l. 2. Cod. Theodos de famosis libel.* ubi pro abdicationem, reponit vindicationem, Fornerius lib. 1. rer. quotid. cap. 26. Quare ob solam suspicitionem accusari posse mulierem adulterii, docetur in præsenti, & in l. quamvis 30. Cod. ad leg. Jul. de adul. l. uxor 7. Cod. de repudiis: & referit Quintilianus declamat, 284. de adultero sacerdote, ibi: Sed finge me ex suspicione egisse cum illo adulterii, nempe damnatus carnisset sacerdotio, &c. Hoc enim singulariter admissum est in crimine adulterii, quo magis in officio contineretur pudicitia mulierum, quas non ab adulterio tantum, sed ab ejus etiam suspicione alienas esse oportet; ideo jure civili conceditur marito post trinam denunciationem occidere eum, quem de adulterio suspectum habet, *novel. 117. §. his quoque.* Legimus etiam Crispum Constantini Magni filium jam Casariss dignitate prædictum, ob suspicitionem consuetudinis cum Fausta

noverca à patre occisum indictâ causâ, apud Suidam verbo *Crispus*, Zonaram lib. 3, annal. Et uxori non tantum ob fornicationem, verum & ob fornicationis suspicitionem, ut accusari à viro, sic & dimitti posse testatur D. Hieronymus in cap. dicit 32. quæst. 1. idque Cajo Casari contigile memorat Plutarchus in ejus vita. Hic enim cùm forte Pompejum uxorem repudiasceret ob suspicitionem stupri noctu cum Clodio in sacris Bonæ Deæ commissi; cùmque testis in ream ipse citatus, nihil se eorum, quæ objecta fuerant, nosse responderet; interrogavit accusator, cur ergo uxorem tuam repudiasti? At ille: *Quoniam, inquit, meam nec suspicitionibus quidem obnoxiam esse oportere censui.*

c Et defendere.) Verba hæc exposui in cap. tua 5. de procurat.

COMMENTARIUM.

IN præsenti tantum agitur de accusatione uxoris adulteræ, circa quam varia singulatim jure recepta sunt, quæ in aliis publicis judiciis non procedunt. Et primò licet ad accusationem publicorum criminum omnes admitterentur, penitus accusatorum personis, dignitate, aetate, moribus, aliquæ causis, l. si plures 16. ff. de accusat. l. 2. l. 3. §. 1. ff. de popular. action. l. 3. §. si ad plures 9. ff. de se pugno violat. l. 15. §. lege Jul. l. mariti 29. §. penult. ff. hoc tit. at in accusatione adulterii proprium, præcipuum que jus fuit mariti, parenti, que, atque in primis mariti, cui meritò ob violatum adulterio thorum, injuriisque præcipue illatam, dedit lex Julia prima in accusando locum, ut pote in iurie proprie vindici, ideoq; idoniori accusatori, l. 2. §. si simul 8. l. simarius 15. in princip. ff. ad leg. Jul. de adul. Tertullianus de cultu famam. Maritus est castitatis sexator: mulieribus (certò) ratio castitatis persuadet, pana legis imponit, terror maritalis extorquet. Quintilianus declamat 339. Mariti mores excutiunt, mariti severitatem desiderent. Post maritum, eique deficienti, aut non accusanti, succedit parens, sive itidem iuriae vindex, ob naturæ permanens, etiam in matrimonio: pudoris, & amoris vinculum, dict. l. 2. §. 8. l. 4. §. 1. dict. l. si maritus 15. Quod adeo procedit, ut si maritus prævenus à parte, vel vir, parensve ab extraneo accusatore, adhuc temoto eo, ut minus idoneo, debitus cuique ex lege Julia accusandi locus seruetur. Deinde post maritum admittuntur cæteri necessarii, exclusis extraneis, l. quanto 30. in princip. Cod. hoc tit.

tit. Nec contrarium probat textus in l. 4. §. extra-
neu. ff. hoc titulo, ubi Ulpianus post maritum, &
patrem accusandi facultatem extraneis concedi
tradit. Nam respondendum est, Pandectarum ju-
re hac in materia extraneos omnes censerí prater
maritum, & patrem, ut constat ex lib. 2. §. marito,
§. final 8. l. 3. ff. hoc tit. Nova vero Constantini
constitutione relatá in diff. l. 30. cum extranei ar-
carentur ab occasione adulterii, ibi: *Extraneos
procularcemus;* ab hac lege extraneorum eximuntur
pacet adulteria, ejus frater, & proavus, immo & filii quoque, & consobrini, ex lib. 2. Cod.
Theodos. de adulter. Aliud singulare hujus excusationis
versatur circa tempus praescriptum ad eam
proponendam; nam licet alii criminibus accusan-
tibus viginti anni definiti sint, lib. querela 21.
Cod. ad leg. Corn. defasis, lib. 2. & 3. Cod. de re-
quendis reis, adulterii tamen accusatio quinquen-
nio perimitur, etenim adultero accusando quin-
quenium computatur ex die admissi criminis;
adulteria sex menses utiles a die divorci: qui ta-
men ita sunt computandi, ne excedant quinquen-
nium continuum ex die admissi criminis numera-
ndum, l. mariti 29. §. sex mensum, & sequent.
l. quinquennium 31. ff. hoc tit. l. 5. & 28. Cod. cod.
l. 1. §. accusationem, ff. ad Turpil. Ex his sex men-
sibus utilibus, quos adulteria accusanda definitos
diximus, primi duo, id est sexaginta dies utiles,
dantur marito, patrique ad accusandum jure
mariti, vel patris, reliqui vero quatuor menses
cedunt extraneis ad accusandum, maritoque &
patri, sed jure extranei, l. 2. §. penult. & ult. l. 3.
l. 4. §. l. 11. §. sexaginta, l. 14. §. penult. l. 30. §.
1. ff. hoc tit. l. 6. Cod. cod. Enimvero sexaginta hi-
dies diversè numerantur in mari, ac in feminis
accusandis. Etenim quoad adulterum a die com-
missi criminis computantur, l. mariti 29. §. sex
mens, l. pater 30. §. ff. hoc titulo, l. jure 3. Cod.
cod. l. 1. §. accusationem 10. ff. ad Turpil. quia &
statim accusare adulterum licuit. At quoad uxo-
rem non a die criminis admissi, sed divorci di-
numerari dies obtinuit, quia nec ante divorciū mariti
parense instituebant accusationem, l. pro-
fexit 12. §. 1. & 2. ff. qui, & à quibus, l. crimen 11.
Cod. hoc tit. et si novo iure id facere permittatur,
novel. 17. cap. 8. authent. sed novo, Cod. hoc tit. Nec
extraneus uxoriam feminam nuptiam, ream adul-
terii postulare poterat, ne licet cuivis extraneo
bene concordans matrimonium subvertere, nisi
similis maritii lenocinio conquereretur, l. 11. §. vo-
lenti 10. l. constante 26. ff. hoc tit. Aliud singulare
etiam procedit in ipsa accusatione; nam cum in
aliis publicis iudicis instituendis actor cogatur in
libello accusationis subscribere, ex traditis in cap.
superbis 6. de accusat. in hac tamen accusatione
remititur marito haec necessitas cessante praescrip-
tione calumniae, l. is cuius 14. §. penult. & ult. ff.
hoc tit. L auxilium 37. §. 1. ff. de minor. l. 3. C. de ca-
lumna. l. §. quereli, ff. ad Turpil. l. jure 6. Cod. hoc tit.
Et ita ex calumnia non tenetur, nisi evidentissimis
probationibus liqueat eum habuisse animum ca-
lumniandi, l. is maritus 15. §. final ff. hoc tit. in illis
verbis: *Jure mariti qui accusant, calumnia pericu-
lum non evitant.* Docent Cujac de prescrip. cap. 13.
Ant. Matthaeus de crimin. ad tit. de adult. cap. 4.

4. Haec tenus egimus de accusatione adulterii jure
mariti; nunc videamus de accusatione jure extra-
nei ex iudicio publico de adulteris instituendo.

Et quidem elapsō praedicto tempore marito, &
patri ad accusandum concessio, vel si intra id tem-
pus constituerit eos accusare nolle, l. 15. §. si nega-
verint, ff. hoc titulo, succedebat ex iudicio publi-
co accusatio, & culiber extraneo ex populo con-
cedebar, l. 2. §. ult. l. 4. §. extraneus 4. ff. hoc
tit. & marito etiam intra id tempus iure extranei
accusare uxorem licet, modò subscriberet in ac-
cusatione, l. 3. C. de calumna, non tamen contra elap-
sum tempus accusationis iure mariti restituitur ma-
ritus minor, quoniam ut eleganter Papianus ait:
restitutio auxilium exequationibus ponatur
paratum non est, l. auxilium 37. §. 1. ff. de minor.
l. si cum 10. §. 1. ff. si quis caution, l. 1. §. qui lege 2.
ff. ad leg. lal. de ambitu, l. qui 35. l. pana 42. ff. de
condit, in deb. Arcentur tamen ab hac accusatione
jure extranei servi, libertine contra patronum, qui
de adulterio accusare nequeunt, l. 7. ff. ad leg. lal.
Majest. l. 6. ff. de accusat. l. 26. §. ult. C. qui accusare,
l. quoniam, C. de test. sicut & lenocinio, vel infamia
notatus; censuit enim Augustus inter idoneos
accusatores in criminibus publicis admitti non de-
bere eos, quos vel status, vel natura indignos fa-
cit, l. qui accusare ff. de accusat. l. ult. C. qui accu-
sare, l. 38. §. ult. ff. de adult. Unde quamvis gene-
raliter, & propter aetatem excludantur à quoque
criminali iudicio (si immanissimum Majestatis fe-
cilia excipias, pupillusve: tamen speciali
jure in adulterio, in quo robusta aetatis accusato-
rem exigimus, ab accusando arcemus minorem,
l. si quis 15. §. lex Julia 6. ff. hoc tit. l. cum Prator,
ff. de jnd. Ulterius accusatio hac jure extranei
permisla, sicut & illa jure mariti, tempore suo cir-
cunscripta, finiturque, quia post sexaginta dies
mariti datos, de quibus supra, cedunt statim alii
quatuor menses cuicunque extraneo. Contra reum
autem adulterii portigitur accusatio usque ad
quinquennium, l. 4. §. extraneus, l. maritus 29. §. sex
mens, l. quinquennium 31. ff. hoc tit. l. 5. §. final ff. ad
leg. lal. de vi, l. 1. §. accusatio ff. ad Turpil. l. 5. & 28.
Choc tit. Eo quinquennio elapsō accusandi am-
plius jus non est: idque peculiare est in adulterio,
quia in aliis, ut in ceteris publicis iudicis, non nisi
vicennio praescribitur accusandi jus, l. querela
12. C. ad leg. Cornel. de fassis. l. 5. Choc tit. l. 2. Cod.
Theodos. & intra annum crimen, l. submersis 6. C.
Theodos. de naufragis. Alia etiam differentia verfa-
tur circa hoc tempus praescriptum ad accusatio-
nem adulterii, quia videlicet in adultero accusando
tempus continuum est, l. 1. §. 4. l. mariti 29. §. 7.
ff. hoc tit. ideoque computantur in eo etiam dies fe-
riati, & in quibus accusator experiri non potuit.
E contrario in adulteria a die divorci, & in adul-
tero a die commissi criminis tempus computatur,
diesque utiles sunt, dict. l. 29. §. sex mens. Adeo
autem quinquennio praescribitur facultas accusan-
di, ut nec eo elapsō dureret jus mariti, parentisve
tempore non consumptum, si forte tardius quam
debuit, accusavit, dict. l. maritus 29. §. sex mens
ff. hoc tit. & è converso etiam mortua adultera u-
xore ante elapsum quinquennium, permanet accu-
satio contra adulterum postulatum adulterii, l. qui
donum 8. l. maritus 29. §. quinquennium, ff. hoc ti-
tulo, juxta quae juris principia hucusque praescri-
bitur Alexander III. in praesenti docuit maritis spe-
cialiter competere jus accusandi uxores; immo ho-
die extraneis non datur facultas accusandi adulte-
rum, dict. l. 80. Tauri, l. 2. tit. 2. lib. 8. recopil.

C A P U T V.

Idem ^a Carnotensi Episcopo.

Significasti nobis quendam presbyterum cum alterius conjugi diabolico ^b instinctu in Ecclesia frequenter , sicut afferis, dormivisse : quæ utique se , & illum sacerdoti cuidam hujusmodi delictum ^b confessos fuisse , publicè tibi detexit. Et hoc ipsum idem sacerdos nomen adulterii celans in praesentia tua dixit. Super quo quid fieri debeat , cum negante adultero mulier in confessione persistat , ab Apostolica Sede consilium requisisti. Nos ergo juxta Sanctorum Patrum decreta volumnus , ut condignam poenitentiam adultera præfata imponens , Ecclesiam prælibatam per adspersionem aquæ sanctificando ^c reconciliis. Prædicto autem sacerdoti , ne contra ^d Apostolum , infirmorum corda malâ famâ ipsius percitantur , & ne nostrum vituperetur ministerium , ne securiores presbyteri existentes , prolabantur licentiū in peccatum , cum vicinis quinque presbyteris , quos nolle pejerare cognoveris , juxta arbitrium tuum e purgationem indicas. Quod si te purgare poterit , in suo officio permittas ipsum ministrare : si verò non poterit , ipsum ab officio suo suspendere nullâ ratione postponas.

N O T Æ.

I. a **C**arnotensi.) Tantum Alexander III. habetur in hac sexta collectione , & in prima , sub hoc tit. cap. 6. Sed tam inscriptionem , quæm literam restituo ex Concilio Lateran. ubi part. 50. cap. 21. reperitur textus hic. De diœcesi Carnotensi egi in cap. 3. de transact. cap. 10. de officio delegati.

b *Confessos fuisse.*) Verba hæc exposui in cap. 2. de offic. ordin.

c *Reconciliis.*) Juxta tradita in cap. 5. de consecr. Eccles.

d *Apostolum.*) Prima ad Corinthios , cap. 8. & ad Corinth. cap. 9.

2. e *Purgationem.*) Etsi regulariter res inter alios acta , vel judicata , alii neque noceat , neque proficit , I. sape ff. de re judic. latè probavi in cap. penult. cod. tit. tamen si Titius accusatus sit de adulterio perpetrato cum Seia , & Titius absolvatur , potest Seia , si postea acculeretur , se defendere exceptione rei judicata pro Titio latæ : quod si condemnatus sit , sententia non nocet Seia , I. 25. titul. 22. partit. 3. I. 9. tit. 17. partit. 7. ubi redditus ratio huius discriminis , & hæc doctrina limitatur , nisi Seia accusatur de adulterio commisso post sententiam pro Titio latam , quia ad delicta denud commissa iudicatum non extenditur : & nota utrobius Gregorius , desumi sententiam hanc ex lege denunciasse 17. §. ult. ff. de leg. Int. de adult. ubi extat eadem decisio. Verum benignior fuit lex patria , quam ius commune ; quantum hæc regula iuxta illud non est perpetua , sed tantum locum habet favore nuptiarum , si durat matrimonium , quando adultera accusatur. Cæterum si dissolutum sit,

verius est nec prodesse , nec nocere sententiam , I. adulter. 19. §. eo tempore 2. cum sequenti ff. ad leg. Int. de adult. Quamvis autem sententia contra unum lata , non noceat alteri , præsumptionem tamen aliquam facit , & ita illi indicenda est purgatio canonica , ut in præsenti textu , & in c. interrogatum 242. q. 2. & hoc præjudicium quod generatur scio , est tantum præiudicium exemplaris , id est præsumptio delicti , quam unus iudex sumit ex sententia alterius : si enim iudex pronunciat Seum commississe adulterium , de quo cum Titia fuerat accusatus , non potest non moveri alter iudex , qui de causa Titia cognoscit ex sententia contra Seum lata : quamvis enim exemplis non sit iudicandum id , quod alter iudex iudicaverit , sed legibus , & iuriis ratione , I. sed licet 12. ff. de offic. Præsid. I. nemo , C. de sent. & interl. hoc intelligendum est , ut nullus iudex indiscusâ partium iustitiâ , & iurisratione non liberata existimet acquisendum effici iudicio , quod iure simili alter iudex fecit. Tulchus practicar litter. E. conclus. 543. Barbola axiomat. 86. num. 3. Valenzuela consil. 121. num. 160. Sed licet hæc quæstio olim controverteretur apud nos , nullius utilitas est , quia ex I. 80. Tauri , quæ est lex 2. tit. 20. lib. 8. recipi. non potest seorsim ab altero alter accusari , sed simul omnes in iudicium trahendi sunt , & unâ sententiâ causa terminatur. Notarunt Gregor. in dict. I. 9. gloss. 2. Didacus Perez in I. 2. prope finem . tit. 15. lib. 8. ordin. & apud alias nationes idem receptum esse dicit Bayardus ad Iul. Claram § adulterium ex num. 30. Unde in præsenti casu etiæ femina damnata esset adulterii , non ideo talis condemnatio clericu obesseret ; propter infamiam tamen imponit illi purgatio canonica , de qua agemus in cap. 1. de purgat. canon.

C A P U T V I.

Idem ^a Turonensi Archiepiscopo.

Intelleximus per litteras , tam ven. f. n. ^b Pictavien. Episcopi , quæm per ea , quæ coram dil. fil. A. Subdiacono , & Capellano nostro , super hoc auditore concessu , proposita pro partibus extiterunt , quod cum S. laicus Elizabeth uxorem suam à maritali confortio

consortio sine causa rationabili depulisset; & item Episc. diocesanus eorum audiens mulierem eandem cum quodam adultero fornicari, eam, & illum vinculo excommunicationis adstrinxit. Quæ tandem eum, qui dicebatur ejus adulter, abjurans, absolutione recepta, coram Episcopo memorato prædictum virum sibi restitui postulavit: at ille hujusmodi ei objiciens adulterum, de quo prolem genuisse dicebat, & quod ab ipso non expulsa, sed spontanea recessisset, restitutionem sui proposuit minime faciendam. Quod mulier memorata pro�us inficians, replicabat id ipsum, quod fuerat fornicatus, & per fornicationem lobalem procrearat, propter quod tali exceptione uti non poterat contra ipsam. Cum autem utrique parti probandi hoc facultate concessa, prefata mulier per quoddam testes ejusdem viri adulterium probavisset, quos vir ipse dicebat, tanquam minus idoneos reprobando, ab eo tandem fuit ad nostram audientiam appellatum. Quocirca f. t. p. A. s. m. quat. nisi constiterit, vel per evidentiam rei, vel confessionem legitimam mulieris quod taliter adulterata fuisset, adulterii etiam, quod vir dicitur commisisse, probatione cessante, ipsum recipere compellas eandem. Quod si prædicto modo de mulieris fornicatione constiterit, nisi testes, per quos viri adulterium est probatum, fuerint reprobati, cum matrimonii ius in utroque consistat, & paria delicta mutua compensatione tollantur, nihilominus eum cogas ut eam recipiat, & maritali affectione pertractet: alioquin mulieri prædictæ silentium imponere non posponas.

NOTÆ.

^a T^ronensi.) Ita etiam legitur in tertia colle^{ctione, sub hoc tit. cap. 4. De Metropoli Tu-}
ronensi egⁱ in cap. 5. de tempor. ordin.

b Pictaviensis.) Mauritus videlicet, antea E-
piscopus Nannenensis. De Pictaviensi diocesi egⁱ in cap. 20. de rescript.

c Compensatione.) De qua agemus proximo
commentario.

CAPUT VII.

Idem Episcopo ^a Ambianensi.

Tua fraternitas requisivit à nobis, utrum aliquo denegante uxori suæ in adulterio deprehensa debitum conjugale, si postmodum ipse cum alia perpetraret adulterium manifeste, & uxore agente poenitentiam de commissio, & veniam humiliter postulante, vir cogi debeat, ut eandem maritali affectione pertractet. Super quo tibi taliter respondemus, quod cum paria crimina compensatione mutua delecantur, viri hujusmodi fornicationis obtentu suæ uxoris consortium nequit declinare.

NOTÆ

Ambian.) Ita etiam legitur in tertia colle^{ctione, sub hoc tit. cap. 2. De Ambianensi}
diocesi egⁱ in cap. 10. de regul.

COMMENTARIUM.

I. Icet jure civili attento uxori non haberet facultatem postulandi maritum reum adulterii criminali iudicio, l. 1. C. de adult. l. 8. C. de accusat. l. 3. C. qui accusare, l. 6. ff. de popul. action. l. 3. §. sed si mulier, ff. de liber. hom. exhib. Quintilianus lib. 6. inst. cap. 23. Gellius lib. 10. noctium, cap. 23. ibi: In adulterio si uxorem tuam deprehendes, sine iudicio impune necares; illatest adulterares, digitu non anderet attingere, negue juri ej. Quia non patitur injuriam violati lecti, cuius domina mulier non est. Quas Romanas leges incusant D. Ambrosius lib. 1. de Abraham, cap. 4. ibi: Nemo sibi blandiatur de legibus hominum, omne stuprum adulterium est, nec viro licet quod mulieri non licet. Afterius homilia s. Continentia lex non feminis tantum, sed etiam viris à Deo lata est; qui tamen legislatoribus advenientes humanis, per quas libidinariis ipsis licet, &c. Sanctus Chrysost.
D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.

mus homil. in prima ad Theffal. Quemadmodum mulieres nos punimus quando nobis nupta, alii se ipsas conjungunt; ita puniemur & nos, & si non Romanis legibus, certè à Deo. Sanctus Zeno sermone de pudic. Quid hic respondere possint lubrici mariti, non video, qui humanarum legum iniqua impunitate decepti, justitiam veram nec ex sua ipsa voluntate noscentes, quod pati nolant, libenter efficiunt.

D. Hieronymus in initio epistola ad Oceanum: Anæ sunt leges Caesarum, aliud Papinianus, aliud Paulus noster precipit: apud illos viris impudicitia frana laxantur, & solo sūpro, atq. adulterio condemnata, passim per lupanaria, & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos, quod non licet feminis, equè nec licet viris. Nazianzenus orat. 31. num. 2. immò & apud Hebraeos solis viris jesus erat repudiū mittenā, quamvis Salome Herodis Ascalonitæ soror id sibi contra leges patrias usurparēt, ut refert Iosephus lib. 15. antiquit. cap. 11. Tamen jure civili uxori iudicio de morib[us] contra maritum experiri valebat, quia accusatio privata, & civilis erat, etiam quando ob graves mores instituchatur, leg. viro 39. leg. 47. ff. sūlat. matrim. leg. unit. §. 5. vers. Quid enim, Cod. de rei uxori. act. leg. 4. Cod. Theodos. de incest. nuptiis, leg. 3. Cod.

D d Cod.

Cod. Theodos. viitum civili actioni. Ulpianus in fragm. tit. 9. §. 12. & 13. & ita in hoc civili iudicio paria delicta mutua compensatione tolluntur, d. l. viro 39. d. cùm mulier 47. ff. solut. matrim. quia æquum est ut ealegit, quam ambo contempnerunt, neuter vindicetur, l. si duo 36. ff. de dolo, l. si ambo 10. ff. compensat. l. ex facto 30. ff. de negot. ges. l. 2. §. idem ait ff. ne quid in loco public. l. qui bona 13. §. si quis .ff. de damno infest. l. quoniam, C. de heretic. l. in arenam 11. C. de inoffic. sefam. l. si filius 3. C. de liber. easf. aliter atque in lenocinii replicatione, in qua etiam cessabat compensatio, l. 2. §. si publico, l. si uxori 13. §. si judex, ff. hoc tit. Similiter jure canonico marito potenti divortium ob adulterium opponi potest exceptio alterius adulterii a se commissi: & ita in hoc iudicio civili paria delicta mutua compensatione tolluntur, cap. significasti, cap. ex litteris, de divortiis: quia periniquum videtur, ut ab uxore pudicitiam vir exigat, quam ipse servare recusat, cap. nihil iniquius 32. q. 4. cap. apud 23. qu. 5. d. l. si uxori 13. §. si index, ibi: Periniquum est, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Quod superius est ex quadam constitutione Imperatoris Antonini, que relata est in fragmentis Codicis Gregoriani, l. 7. ex titulo incerto, cuius partem refert D. Augustinus lib. 2. de adulter. conjugis, cap. 8. in hac verba: Sanè mea litera nulla ex parte causa prejudicabant. Nec enim si penes te culpa fuit ut matrimonium solvetur, & secundum legem Julianum uxor tua Eupasia nuberet propter hoc rescriptum meum adulterii damnata non erit, nisi constet esse commissum. Habeant autem ante oculos huc inquirere, an cum tu prudenter vivens, illi quoque bonos mores colendi auctor fuisti. Periniquum mihi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipse non exhibet. Quia res potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter uirumque compонere, vel causam facti tollere. Idem D. Augustinus sermone 48. de verb. Domini, ibi: Si dulciori estis uxores servate vos uxoris vestris; quales uultis ea invenire, tales & ipsa inveniant vos. Quis juventus est qui non castam velit ducere uxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactam queris? intactus es tu. Puram queris? num enim illa potest, & tu non potes? Tu exigis ab uxore videlicet ne mæcheatur? & non vis reddere hoc uxori? Et vis uxorem tuam uiriliter esse libidinis, tu uirtus jaces? Egregie quoque in hoc argumento exultant idem D. August. lib. de decem chordis, cap. 4. & 9. & homil. 49. & 50. Similiterque Aulonius apud Stobeum sermone 6. Seneca epistola 95. & 96. Gregorius Nazianzenus relatus à Cuiacio in novell. 22. In stinian, Lanctantius Firmianus lib. 6 divinar. inst. ibi: Exemplo continentia docenda est uxor, ut se castè gerat; iniquum enim est, ut id exigas quod ipse p̄f. stare vel nolis, vel non possit. Seneca epist. 34. Improbus est qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum corruptor uxorum. Plautus quoque iuris civilis hac de re constituti iniquitatem arguit, cùm in Mercat. sub persona Syriæ ita queritur actus 4. scen. 7.

Ecclesiast. lege dura vivunt mulieres, Multoque iniquiore misera, quam viri. Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam, Id si res civit uxor, impune est viro. Uxor viro si clam domo egressa est foras, Viros fit causa exigitur matrimonio. Utinam lex est eadem, que uoxi est, viro, Nam uox contenta est, que bona est, uno uiro. Qui minus vir una uxore contentus sit?
Alia dedi in canone 69. Concili Illiber. Ratio autem, cur in actione criminali civiliter intenta compensatio admittatur, non verò in criminaliter instituta, provenit ex eo, quia expedit Reipublicæ, ne delicta maneant impunita, cap. ut fame, de sent. excom. l. item. ff. ad leg. Aquil. l. locatio 9. §. quod illic est ff. depublicans: & ideo in delictis non datur compensatio, l. 2. §. qui hoc dicit ff. hoc sit. l. 1. C. de crimin. expil. heredit. nec in prajudicium Reipublicæ pacisci licet, aut compensatio admitti potest, l. juris gentium, §. si paci car. ff. de paci. ideo compensatio admittitur, quando agitur de adulterio ad exactiōnē dōtis, vel ad divortium, ut in d. l. viro 39. d. l. cùm mulier 47. ff. sol. matrim. quia cùm principaliter agatur de privata utilitate, nihil impedit, ut compensatio admittatur, cùm p̄nam ad invicem solvant, argumento legis debitor. ff. qui potiores. Nec tunc obstat textus in l. apud 4. §. item queritur, ff. de dol except. quia ibi non admittitur compensatio dol, et si civiliter ageretur, ne excluso reo actor ex malitia sua commodum reportaret. Quia etiam ratione procedunt textus in l. si duo, ff. de dolo malo, cap. dilecti, de except. ubi si admitteretur replicatio alterius excommunicationis, admitteretur etiam excommunicatus ad agendum; & in praesenti textu etiam admittitur replicatio adulterii, quia altius manitus ex delicto suo lucrum faceret. Sed adhuc supradictis traditis obstat textus in l. cùm mulier 47. ff. solut. matrim. ubi compensatur adulterium cum lenocinio, et si criminaliter agatur. Quia responderetur cum glossa ibi, & in d. §. si ex publico, discrimen constitudo inter casum, in quo mulier recepta erat inter reos; & inter eum, in quo nomen ejus inter reos relatum non erat, iuxta solennitatem, quam refert Carolus Sigonius lib. 2. de adult. cap. 10. Brisonius de V. s. verborecipere, Cortasius lib. 2. miscel. cap. 20. Primo casu cum jam uxor recepta est inter reos, excipere de lenocinio viri non potest: secundo vero calu marito accusandi lenocinium objicere valet. Cum ergo in praesenti textu, & antecedenti agatur de iudicio civili, videlicet divortio ex causa adulterii civiliter intentato, ideo recte ait Pontifex, mutua delicta pari compensatione tolli, & ita marito agenti de adulterio ad divortium faciendum iūtē opponi posse exceptionem similis adulterii, docuerunt post alios Balboa in c. 2. ex. num. 23. de except. Bafil, lib. 9. de matrim. cap. 8. Doctor Bajo. Atrox in cap. Quintavallis, num. 70. de jure viri. Heñellius de dotalit. cap. 10. §. 8. Et posse uxorem ob adulterium mariti petere divortium, probavit Valenzuela confit. 45.

TITULUS